

Quarta accipio propria scripturæ pro venustate, & specie.
Prou. 31.
 Item pro sermonis lepore, & efficacia.
Eccl. 21.
Psal. 44.
 In nouo testamento nomen, gratia, nouæ significationis.

gratiam reddere. Est verò nominis significatio non inconcinna in sacris literis, quam apud prophanos non reperio, vt gratia pro venustate, seu specie accipiat; eò quòd maximè grata hæc sunt, & placent, vt illud Prouerb. 31. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Et sermonis lepore, atque efficacia, gratia quoque dicitur Ecclesiastici. 21. *In labijs sensati inuenietur gratia.* Id est, lepor iuxta aliam translationem. Et illud Psalm. 44. *Diffusa est gratia in labijs tuis.* Ac verò in nouo testamento ob eam significationem est nouum nomen, vt beneficia, ac dona, quæ sunt supra naturam importet: nam cum gratia sit facta per Iesum, etiam nomen est innouatum; solet enim Deus Optimus nomina mutare cū mutatione rerum. Cuius veritatis probationem non est præsentis instituti ex sacris literis afferre. Nomen igitur, gratia, quod in hoc opere vsurpamus, Dei beneficia in nos gratis impensa quoquo modo significat; ea, inquam, quæ ad ipsum finem supra naturam nos prouehant, vt antea explicauimus. Et in tota amplitudine huius significationis nomen gratiæ modò accipimus.

CAPVT V.

Partitio eorum, quæ sub nomine gratiæ sunt tractanda.

1.
 Gratia increata Deus dicitur.
 Primò, id est, autor gratiæ.

VT ea, quæ à nobis sunt tractanda, in partes distribuamus, attendendum est, quòd gratia increata Deus dicitur ob causas tres. Primùm, quia consuetum est tum in literis sacris, tum in omni Philosophorum vsu, nomen causæ cum effectu communicare, vt causæ nomen effectui tribuamus, & nonnunquam nomen effectus ascribamus etiam causæ. Et idè Deus dicitur à Theologis gratia increata, id est Autor gratiæ, non quòd Deus sit gratia animis nostris inherens; sed gratia dicitur, hoc est Autor gratiæ nobis inherens.

2.
 Secundò proprie. i. dilectio increata erga nos.
 S. Thom.

Deindè verò, si gratiam accipiamus pro beneuolentia, dicitur Deus gratia increata eloquutione propria, id est, dilectio increata, qua nos Deus diligit. Sanctus igitur Thom. scholæ Theologorum facilè princeps 1. 2. q. 110. ar. 1. aduertit gratiam etiam apud homines pro beneuolentia, seu dilectione vsurpari:

A vnde affirmat quòd ipsa æterna Dei dilectio, qua nos diligit, gratia rectè dicitur, haud dubiè quin ea sit gratia increata. Idem asseuerat 3. p. q. 2. ar. 10. & per eam gratiam effectam fuisse in Christo hypotheticam vnionem, scilicet per effectricem voluntatem, seu dilectionem Dei, quæ est gratia increata. Idemque docuerat in 3. d. 13. q. 3. ar. 1. adhærens Magistro Sent. quem eo loco refert. Et idem docet in 2. d. 28. art. 1. ad 1. & adhuc in 3. d. 2. q. 2. ar. 2.

B Sed obseruandum est, quòd in ea significatione, qua gratia beneuolentiam indicat, coarctatur nomen; quia licet vtraque pars, scilicet gratia increata, & creata sub hoc nomine gratiæ propria eloquutione contineatur, quia vtraque dicitur propriè beneuolentia: erit tamè huic operi inadæquatum subiectum, cū de pluribus sit differendum, quam vt possint hoc beneuolentiæ nomine contineri. Quare quia non proponimus in præsens subiectum scientiæ, de quo oportet affectiones demonstrari, ac proindè illud oportet esse nomine, & ratione vnum; sub alia significatione nomen gratiæ vsurpamus ampliori notione, vt donum gratuitum intelligamus, quòd statim explicandum est. Quo pacto hoc nomine doni Deum, diuinaq; munera cõplectimur; eòque verba S. Thomæ possunt facilè trahi, aut saltem congruenter aptari.

C Est ergo tertia causa, quòd Deus vocetur gratia increata, id est, increatum donum, & hic erit nobis aptior loquendi modus, vt Deus dicatur gratia, quia seipsum dat. De qua re libr. 6. differemus. Vndè & donum Deitatis dicitur. Non tamen liceret Deitatem appellare beneficium, quia est donum; videtur enim beneficium à benefaciendo trahi: Deus autem non est in eo sensu beneficium, sed simplicius dicitur donum. Quòd si à nomine gratiæ cogitatione separe beneficij rationem, meritò vocabis Deum gratiam, non solùm vt gratiæ effectorè, sed vt donum ipsum, quòd se donat. Et secundùm hanc nominis interpretationem videtur à viris doctis hoc nomen inuentum, vt Deum dicerent gratiam, hoc est, increatum donum. Huic nominis significationi arridet Magister in 2. Sent. d. 26. dùm diuidit gratiam per increatam, quæ dat gratiam, & creatam, quæ

Magist.

3.

Magist.

4.
 Tertio, id est, increatum donum.

Non licet Deitatem appellare beneficium.

Magist.

Filius, & Spiritus Sanctus gratia increata dicuntur. *Isaia. 9.*

Maximè Spiritus Sanctus. *Alensis.*

Gaspar Casalio.

5.

Naxiæzen.

Gaspar Casalio.

Gaspar Casalio.

S. Ambr.

quæ est gratia data. Cõuenit autem nomen non parum accommodè tum Dei Filio, tum Spiritui Sancto; cum vnus, & alter datus sit nobis à Patre æterno. Et Filius quidem iuxta illud *Isaia. 9. Filius datus est nobis.* Sed tamen est datus Filius in tẽpore, & inde est gratia vnionis, quæ in tum volumen exigit. At verò Spiritus Sanctus est æternum donum, vt in hoc volumine lib. 6. docendũ est. Quare in ipsum Spiritum Sanctum maximè conuenit nomen gratiæ increatæ, quod explicat disertè *Alexand. Alensis. 3. p. q. 69. memb. 1. art. 1. vbi sic ait. Donum quoddam est creatum, quoddam increatum; & donum quidem increatum est ipse amor diuinus, quod Deus nos amat formaliter, vel est Spiritus Sanctus, qui procedit per modum amoris à Patre, & Filio.* Et ibidem explicat donum hoc esse gratis datum, æternum tamen intra Deum essentialiter manens. Legendus verò est vir doctissimus *Gaspar Casalio* Episcopus *Leitiensis* in opere de quadripartita Iustitia lib. 1. cap. 4. Ibidem nominis intelligentiæ non deest quoque Patrum autoritas. *S. Gregor. Naz.* cui inter Patres Theologo nomen est, de diuinitate ad *Euagrium.* *Patens,* inquit, *Seruatoris, prima illa vite causa, & stirps immortalitatis, illo sempiternæ vite fons, biflua quadam, & bifida Filij, & Spiritus Sancti intellectua, à ad nos missa gratia, non ipse essentiam suam quicquam laesit; nec enim ob illorum ad nos aduentum imminutionem ullam subiit, & hi ad nos vsque processerunt, nec tamen à Patre villo modo separantur.* Quo in loco aperte, & Filium, & Spiritum Sanctum vocat gratiam bifidam ad nos missam: nam aliàs gratia data per vtrumque non bifida est, seu distincta, sed vna, & eadem. Et *S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 19.* inquit in illud *Ioan. 4.* fiet in eo fons aquæ viuæ. Siue Patrem quis hoc loco, siue Filium intelligat fontem, fontem vtriq; intelligimus non aquæ istius, quæ creata est, sed diuinæ illius gratiæ, hæc est, Spiritus Sancti; ipse enim est aqua viua. Propterea Dominus dicit, si scires donum Dei. Vbi nõ obscure per aquam interpretatur gratiam, nõ tamen gratiã factam, seu creatam: Sanè Spiritum Sanctum intelligit, qui est gratia increata; cuius aquæ fontem, idest, principium, Patrem, & Filium

Afferit. Et cap. sequenti eleganter de ea aqua, seu potius flumine gratiæ plura profequitur. Et libro eodem cap. 5. Spiritum Sanctum nuncupat gratiam spirituale nobis datam, & refert *Matthæum,* & *Lucam,* alium scripsisse, dabit bonam, alium, dabit Spiritum; quia ipse spiritus est bonum datum. S. etiam *Cyrillus Hierosoly.* Catechesi 16. nomine aquæ salutantis intelligit Spiritum Sanctum. *Quia* (inquit) *aqua in diuersis speciebus diuersa, & in omnibus fit omnia, & cuiuscũque natura se adiunxerit, illi fit incrementum; sic & Spiritus Sanctus cum sit vnus diuidit gratiam prout vult.* Et ibidem vocat Spiritum Sanctum magnum, & omnipotens, & admirandum charisma: quas ob causas, & nos dicimus Spiritum Sanctum increatam gratiam. Similiter etiam *Marius Victor. lib. 1. aduersus Arium,* flumina Spiritum Sanctum, vè trem autem de quo deriuantur *Christi Dominum* interpretatur.

Præter ea verò, quæ dicta sunt, est adhuc cogitandum quod nomen gratiæ increatæ secundum quod Deitati ascribitur, ad plura diuina attributa potest referri, eo quòd Deus pluribus nominibus est Autor gratiæ. Bonitas enim diuina potest dici gratia increata ex parte finis, quia Deus propter suam bonitatẽ, quæ est obiectum diuinæ voluntatis adæquatam, vult nos saluos fieri. Ipsa voluntas propter electionẽ, quia Deus non ex necessitate, sed liberè agit, dicitur quoque gratia increata, vt cum *S. Thom. ostendimus.* Et eodẽ nomine censenda est diuina prædestinatio ipso Auctore in *3. Sent. d. 13. q. 3. art. 1.* quia est ordo per quem dirigimur in vitam æternam.

Similiter quia opus omne diuinum est tribus personis diuinis commune, non feiugitur ab hoc nomine indiuidua Trinitas, vt vtar verbis *S. Ambr. 1. Cor. 2. Ne gratia, & donum diuisum sit per personas Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, sed indiscretè vnitatis, & nature trium vnium opus intelligatur, vt ad vnium omnem gloriam redigat, & diuinitatem.* Nam in ipso opere salutis, quam per *Christi Domini* merita consequimur, nõ maioris debiti summam à *Christo ipso,* quã à *Patre, & Spiritu eius,* qui sine meritis eandem nobis salutem attulerunt, contrahimus, vt suo loco 4. tom. docuimus: Sed aqua erga tres personas, eademque

Notandum.

S. Cyril. Hierosol.

Marius Victor.

6. Ad plura diuina attributa gratiæ increatæ nomen reiecti potest.

S. Thom.

7. Non feiugitur ab illo indiuidua Trinitas, *S. Ambr.*

demque debiti mēsurā a nobis exigitur. Quod & Apostolus significavit, cum singulis personis gratiæ munera accepta refert, dicens 2. Corinth. 13. *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & eharitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis Amen.* Sicut ergo est gratia commune opus Trinitatis, ita & Trinitas tota gratia increata merito nuncupanda est. Hoc tamen nihil obstat, quin Spiritus Sanctus per quandam accommodationem, ut Theologi aiunt, gratiæ increatæ nomen sibi sigillatim vendicat, in quem opus ipsum salutis sæpius in sacris literis reuocatur; maximè verò nomen gratiæ in Spiritum Sanctum conuenit, quia donum est, ut ex ijs quæ diximus probè est ostensum.

2. Corint. 13

Sps Sanctus per quandam accommodationem illud sibi sigillatim vendicat.

8. Gratia increata duplex.

Partimur ergo nomen gratiæ in partes quatuor; nam gratiam increatam duplicem dicimus, alteram Spiritum Sanctum, ut est opifex gratiæ, seu ipsum donum gratiæ; alteram voluntatem diuinā, seu prædestinationem, quatenus est gratiæ fons, & origo, a quibus duabus partibus duos Tomos inscribimus, primum de Spiritu Sācto, secundum de voluntate Dei; in quo etiam de scientia, prouidentia, & alijs connexis disputabimus, & concordiam liberi arbitrij cū ijs iuxta Patres, & antiquos Theologos diligentissimè, omniq; studio tractabimus.

9. Gratia creata duplex.

At verò disputationē de gratia creata distinguimus quoque in partes duas. Priori volumine, quod de gratia inherente inscribimus complexi longissimam disputationem de ipsa gratia, qua Deo accepti reddimur; donisque gratuitis homini collatis, & ante lapsum Adæ, & post lapsum; de gratia Angelis infusa, & merito; de excellentia Deiparæ Virginis; & de gratia consummata, hoc est, de visione beatorum; ut semper ad maiora accrescat oratio, & ab imperfectis ad ea quæ sunt perfectiora. Ultima verò parte operis, hoc est, in quarto volumine de gratia vnionis agendum erit; quod idē est agere de Incarnationis mysterio: quē tractatum ad quæstiones aliquas de Eucharistia dilatabimus; quia Sacramentū hoc est quedam Incarnationis dilatio. Nam quod corpus Christi coniunctum sit cum quantitate panis, est gratia nobis collata, & est cibus gratiæ, & dicitur Eucharistia, id est, bona gratia. Itaque istam vnionem, seu coniunctionem cor-

Eucharistia incarnationis quedam dilatio est, & gratia.

Aporis Christi cum quātitate panis, quati mutuato nomine dicamus secundo loco gratiam vnionis in eo sensu, non quod sit gratia, qua Patri gratus est Christus, sed gratia sit, qua nos Christus gratificat. Et ut clariùs dicam, hæc vnio posterior gratia sanè est nobis collata; quia secundo in loco beneficij collacandum est, quod corpus Christi copulatum, vnitumque sit cum quantitate panis ad animos nostros alendos, & recreandos.

BConfirmatur hic loquendi modus auctoritate S. Hilar. lib. 8. de Trinitat. qui ait Christum in hoc Sacramento naturalitèr in nobis esse. *Si enim, inquit, verè Verbum caro factum est, & nos venè Verbum carnè cibo Dominico sumimus, quomodo non naturalitèr manere in nobis existimandus est?* Et infra. *Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc quod nos sumus in Deo est.* Et iterum: *Ac sic perfectè per mediatorem vnitas diceretur, cum nobis in se manentibus ipse maneret in Patre; & in Patre manens ipse maneret in nobis.* Nonnè ergo ad gratiam est referenda ista coniunctio, meritòque dicenda quædā gratia vnionis, seu gratuita vnio, qua Deus naturalitèr in nobis est? Naturalitèr, hoc est, verè, & re ipsa secūdum carnem assumptam, & cibo Dominico communicatam. Itaque sicut humanitas Christi per gratiam vnionis est in Deo, ita & nos modo quodam per hoc sacramentum, & per hanc bonam gratiam in Deo sumus, iuxta illud Ioan. 6. *In me manet, & ego in eo.* Et hac de causa sacramentum Eucharistiæ post tractatum de Incarnatione breuiter attingemus.

Explicatur S. Hilarius.

Ioan. 6.

Explicatur S. Hilarius.

Ioan. 6.

CAt in his disceptationibus omnes ferè Theologiæ partes, quæ in speculatione præcipuè sitæ sunt, suscipimus explicandas.

CAPVT VI.

Assignatur ratio ordinis.

Sed ut rationem quoque reddamus, quare ab Spiritu Sancto disputationem inchoemus, ostendendum est ordinem doctrinæ id exigere. Atque equidē a gratia increata initium faciendum esse non est dubium, quia progredimur a causa ad effectum: est autem gratia increata ipsius creatæ principiū, seu causa; sed

sed cum increata gratia sit volútas Dei; & item Spiritus Sanctus, vt præmonuimus, dicatur gratia increata, cur ab Spiritu Sancto erit exordiédum? Sanè ideò quia actiones sunt suppositorum, vt docet Philosophus. Verùm etsi in Deo ipsa natura operetur, eò quòd per se etiã existat, & sit proprium actionis principium; tamen cum de Spiritu Sancto agimus, non consideramus naturam Deitatis, vt per se existentem, sed quasi naturam suppositi, quæ est actus operantis. Vndè videntur duo consequi, alterum, quòd in doctrina Theologica, quæ vniuersalis est circa omnia diuina, ab ipsa Deitate oportet, vt exordium sumatur: nam Deitas prius consideratur à nobis, quàm personæ; & ipsa est tota vis, efficaciaque agendi, & per se ipsam agens. Alterum cõsecrarium est, quòd cum disputatio instituitur de vna persona diuina, & de eius virtute efficiente; videtur ratio ordinis inuertenda, vt prius à persona quàm ab eius natura, & potentia fermo oriatur: nam in Spiritu Sancto quod operatur est ipsa persona; & natura in illo est ratio operandi, seu virtus efficiens.

Accommodatus etiam is est ordo ad reliquam seriem disputationis, vt in 2. Tomo de Prædestinatione disputemus, quia præcedit tertium de gratia in nobis inherente, vt sic melius quæstiones hinc inde commotas discutiamus, & dubia simul conciliemus. Est autem maxime congruum, vt à cõtemplatione Deitatis ad opera diuina veniamus, & vt sapientia diuinæ naturæ contẽplatrix antecedit scientiam in rebus humanis occupatam, vt ait S. August. 12. de Trinit. cap. 14. Quo etiam pacto idem S. Aug. 13. de Trinitat. cap. 19. diuidit primam Ioannis narrationem, vt Verbum *In principio apud Deum*, sapientia speculetur: ad scientiam verò pertineant, quæ sequuntur. *Homo missus à Deo vt testimonium, &c.* Verbum verò carnem factum thesaurum esse ait reconditum, & sapientiæ simul, & scientiæ. Theologia verò, quæ humano ingenio comparatur, vnaque, & eadem tùm sapientia dicitur, tùm scientia, res diuinas, humanasque considerat. Quare meritò præferente lucem S. Augustino à diuinis facientes initium; posterius de Prædestinatione, & gratia nobis collata acturi; tandem de

A Verbo carne factò differentes finè operi imponemus.

At verò in hoc 1. Tomo eadem ducti ratione, quia non de tota Trinitate disputamus, sed de Spiritu Sancto singulati, diuinum planè doctrinæ ordinem à S. Thoma traditum in disputationibus non tenemus; quia Doctor Sanctus cõparat personas inter se, & cum essentia, & sua cuique propria tribuit. Nos verò de Spiritu Sancto commentati, de ipsius Deitate primo libro agimus; secundo verò loco de processione; tertio de relatione; quarto de Persona: vt hæc etiam in re S. Thomam, quoad possumus, imitemur. Sed singula hæc capita ita absoluimus, vt recurrere ad alia loca nusquã sit opus: ideò enim ex alijs quæstionibus S. Thomæ dubia omnia, quæ has cõtrouersias possint respicere, in vnum coegimus. Et ne quæstionibus Dialecticis difficultates Theologas interpellemus; librum quintum addimus de vsu nominum diuinorum, in quo omnis quæstio, quæ de re Dialectica in diuinis nominibus excitatur, suo loco, & ordine continetur. Clauditur autem Tomus tractatu de missione Spiritus Sancti. Ita tamen de Spiritu Sancto in hoc Tomo disputamus, vt omnis quæstio de Trinitate simul expediatur.

C A P V T VII.

Inuestigatio veritatis circa Personas Diuinas necessaria est.

Capita superiora totius operis de gratia increata & creata prologomena sunt. Consentaneum verò est, vt accedamus ad ea, quæ sunt in hoc volumine disputanda. Idque præstandũ erit sermone conciso, & coangustato, remotoque omni fuce orationis, sed rusticianis potiùs verbis, vt ait S. Gregor. Naz. quo magis vis, efficaciaque argumentationis clarè, ac nudè appareat. A necessitate verò doctrinæ initium ducendum est, distinguiturque caput hoc in partes quatuor.

Prima pars. *Natura Deitatis incomprehensibilis est.*

Secunda. *Diuina Processio est incomprehensibilis.*

Tertia. *Non est temerè aliquid de Diuinis differendum.*

Quar-

Ratio ordinis seruanda in doctrina vniuersali de Deo, videtur inuertenda disputanti de vna persona diuina.

S. Aug.

Theologia nostra tùm sapientia dicitur, tùm scientia.

Ordo in hoc 1. tomò seruandus.

Nazianzen.

Quarta Moderata Diuinorum inuestigatio laudabilis est, & necessaria.

PARS PRIMA.

Natura Deitatis incomprehensibilis est.

Deus est incomprehensibilis. S. Thom.

Quoad primam partem naturam diuinam esse incomprehensibilem nullus est qui ambigat. De quo S. Tho. 1. p. q. 12. art. 7. & in 4. sent. d. 49. q. 2. art. 3. & lib. 3. cont. gent. cap. 55. & de veritate q. 8. art. 2. Fuere tamen in primis Ecclesie seculis heretici, qui vt nulla in re non insanirent, ausi sunt dicere se comprehendere, perfectèque cognoscere naturam Dei, sicut & Deus se ipsū nouit. Dicebantur autem Anomæi, erantque Eunomij sectatores. Is negauerat Verbi diuini æternitatem, eoque maximè argumento utebatur, quoniam ingenitum est nomen Deitatis; repugnat ergo eum, qui verè genitus dicitur, scilicet Filium, esse quoque verum Deum, quia non est æternus, sed genitus in tempore. De ingenito autem suo loco dicemus. Sed Anomæi, vt amplificarent hæresim Eunomij, addiderūt hoc nomine ingeniti rectè intelligi, quod quid est Deus; seque ideo quidditatem Dei comprehendere. Referunt Theophilactus Ephes. 3. Sanctus Augustin. Epistola 112. cap. 9. Sanctus Epiphanius de Hæresibus hæresi 36. Occurrunt autem Patres, quod hoc nomen, ingenitus, etiam si accommodetur Deitati, & non soli personæ Patris, potius tamen enunciat, quid Deus non sit, scilicet quod non sit genitus, quam id quod est Deus. Neque ea infania longiori indiget confutatione. Oppugnat tamen hanc hæresim S. Ioannes Chrysostr. in quinque homilijs de incomprehensibili Dei natura, S. August. Epistola 112. cap. 8. S. Ambr. Lucæ 1. cap. 1. S. Gregorius Nazianz. Oratione 2. de Theologia, S. Dionys. Clem. Alex. cap. 5. de mystica Theologia, & de diuinis nominibus cap. 2. Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. S. Basil. lib. 1. contra Eunomium, & Epistola ad eundem.

Anomæi hæretici.

Theophil. S. August. S. Ep. pban. Patres occurrunt Anomæis.

Chrysostr. S. August. S. Ambr. Naz. S. Dionys. Clem. Alex. S. Basil.

2. Probatur hæc fidei veritas 1. ex sacrapag. à Patribus exposita.

A accessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Idem etiam ostenditur de naturæ Deitatis attributis; Iudicia enim eius sunt incomprehensibilia, teste Paulo Roman. 11. Consiliū similiter, Hierem. 32. Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu. Sapientia quoque diuina, de qua Iob. cap. 28. Abscondita est ab oculis omnium uiuentium. Imo & opera Dei incomprehensibilia sunt, Iob. 11. Forsan vestigia Dei comprehendens, & usque ad perfectum omnipotentem reperies? Sunt autem vestigia Dei diuina opera. Et hoc est argumentum S. Cyrilli Hierosolym. Catechesi 6. comprobantis disertissime Deum esse incomprehensibilem, cuius vel opera comprehendere nequeant. Sed quod addit Sanctus Iob, Et usq. ad perfectum omnipotentem reperies? videtur referendum (iuxta Tigurinam translationem, quæ licet aliqua ex parte improbanda sit, non tamen est omnino contemnenda) ad consumatam Deitatis perfectionem, quam comprehendere non possumus, nisi & ipsam perfectionem pro opere perfecto accipias. S. Cyrillus loco commemorato aliter legit, scilicet, aut ad extrema peruenies, quæ fecit omnipotens, & extrema, interpretatur, minima opera Dei, ad quæ etiam intelligenda notitia nostra non prouenit. Persequitur autem, Excelsior celo est, quid facies? profundior inferno, & unde cognoscet? longior terra mensura eius, & latior mari. Ad quæ videtur alludere Paulus illis verbis Ephes. 3. Quæ si latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Quem locum S. Bern. eleganter enarrat lib. 5. de Considerat. ad Eugen. cap. 13. Quid item Deus, inquit, sublimitas, & profundum; in altero supra omnia, in altero intra omnia. Videndus super hæc S. Iustinus Martyr in expositione fidei de vera, rectaque confessione, vbi congruenter exponit locū illum Psal. 138. vbi Rex Propheta ait. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Idem probatur ex Concilijs, nam dænata est ea hæresis in Concilio Basiliensi sess. 22. & in Concilio Lateran. quod habet caput firmiter, de Summa Trinit. Unus est verus Deus æternus, immensus, incommutabilis, incomprehensibilis, &c. vbi etiam referuntur verba Clemētis 1. Episto.

1. Timoth. 6

Roman. 11. Hierem. 32. Iob. 28.

Cyrill. Hierosol.

Idem

Ephes. 3.

S. Bern.

S. Iustin.

Psal. 138.

2. Probatur ex Concilijs. Concil. Basiliens. Conc. Later.

Clem. 1.

Episto.

Epist. 1. ad Iacobū fratrem Domini. *Deus omnino simplex, & incorporeus, & incomprehensibilis est à nobis.* Potest item probari traditione Ecclesiae, nam Patres hoc dogma ut impiam haeresim detestantur, eoque nomine aperte notant.

4. Probatur eadem veritas auctoritate Patrum, quos supra recitauimus. Sed quoniam hoc argumentum maxime commendat necessitatem doctrinae, quam suscipimus elucidandam, erit nobis ad sententias Patrum longius digrediendum.

3. Patrum sententias de incomprehensibili dei natura.
S. Dionys.

S. Dionys. lib. de mystica Theologia, & altero de diuinis nominibus. nihil aliud magis agit, quam ut Deum incomprehensibile ostendat. Unde inuenit nomina illa redundantia, quae leguntur cap. 1. *Super-substantialis substantia, & intellectus non intelligibilis, & verbum non dicibile, & rationabilitas non intelligibilitas.* Quorum repugnancia verborum indicat diuina haec non ita intelligi à nobis prout sunt, sed esse supra totum id, quod à nobis capitur, collocata. Unde subiungit c. 2. *In quo omnes fines omnium cognitionum superineffabiliter praextiterunt. Quem neque cogitare possibile est, neque dicere, nec totaliter aliquo modo contemplari.* Contemplari totaliter idem est quod comprehendere.

Idem.

Itaque ait omnem cognitionem sine suo claudi, extra quem ineffabile sit, quod Dei superest: propter quod inquit. *Ab omnibus ipse est segregatus, & super ignotus.* Et infra. *Ab omni cognitione segregatus.* Et iterum cap. 3. *Nec sensus eius est, nec phantasia, nec opinio.* Qui ergo Deum possumus comprehendere, de quo neque id quod est contingit suspicari, aut cogitatione fingere? Hoc ipsum doctè sonant verba S. Dionys. de caligine superluminosa, quae sanè est ipsa lux inaccessibilis. Quod idem significat illa sententia S. Greg. Naz. oratione de fide: *Certè hoc est Deus, quod cum dicitur, non potest dici; cum estimatur, non potest estimari; cum definitur, ipsa definitione crescit.* Et similia verba sunt apud S. Ambr. lib. contra Arianos cap. 6.

Idem.

Naz.

S. Ambr.

5
S. Anselm.

Hoc identidem explicat S. Anselm. Prolog. c. 14. loquens de mente sua. *Intendit se, inquit, ut videat; & nihil videt, ultra hoc quod vidit, nisi tenebras; imò non videt tenebras, quae nullae sunt in te; sed videt se non plus posse videre propter tenebras suas.* Et statim: *Tenebratur oculus eius infirmitate sua, aut reuerbera-*

A *tar fulgore tuo: sed certè & reuerberatur in se, & reuerberatur à te. Vtique & obscuratur sua breuitate, & obruitur tua immensitate, &c.* Quibus verbis argute ostendit, quae sint Deitatis tenebrae, & unde in Deo tenebras inueniamus; tum ex hebeti mentis nostrae acie: tum ex immensitate diuinae lucis, quae tanta est, ut omnem superet intelligentiam creatam.

Deus incomprehensibilis, ob nostri intellectus imbecillitatem, & diuinae lucis immensitatem.

6.

Clem. Alex.

Clemens quoque Alexad. lib. 5. Stromat. eam esse caliginem interpretatur, in qua Moyses cum montem Synai conscendisset, Dominum colloquebatur; & affert ex Orpheo decantatum.

B *Non video hunc solidus positus nam nimbus in orbe est; Namque pupilla oculis hominum mortalibus insunt Paruae, & mortales; insunt nam caro & ossa.*

Et similia refert S. Iustinus Martyr lib. de Monarchia ex Orpheo. Quae sunt ad animum quoque transferenda, suas enim habet ipse quoque pupillas, suos fines, quibus continetur, maxime cum notitiam educat ex sensu carnis, ut in philosophia docemur. Pulchrè igitur docet Euripides. *Qui cuncta cernit, ipse sed non cernitur. Est enim Deus inuisibilis lux omnia collustrans, quasi lux in tenebris;* Menander autem. *O sol, inquit, Deorum nam te adorare decet primum, Dei per quem videntur ceteri: quasi dicat Deum esse lucem, qua collustrati se se intuentur caelestes, cum ipse, velut sol, sit in se ipso inuisibilis, oculorum aciem perstringens.*

S. Iustinus.

Euripides.

C S. verò Gregorius Naz. orat. Apolog. 1. nobis mortalibus non solum negat conspicuam esse naturam Deitatis; sed vel ipsius simulachrum aliquod vix posse à nobis aperte cerni, asseuerat. *Quis, inquit, terrena caligine, carnisque crassitie obuolutus tota mente, totam illam mentem purè prospiciet; rebusque stabilibus, & oculos fugientibus, inter instabiles, oculisque subiectas miscebitur? cum vix etià ipsum summi boni simulachrum quisquam in hac vita, quolibet occurrat purgatus, cernere queat; non aliter atque ij, qui in aquis solem intuentur.* Itaque vel etiam in speculo intuentibus frangitur oculorum mentis obtuitus. Quamobrè ipse Naz. orat. 1. de pace ad finem ait, *Sancta sanctorum, hoc est, naturam Deitatis latere homines duplo velo, Angelos verò*

7.

Nazianza;

B simpli-

Angeli in speculo clarè vident, mortales in speculo per ænigma.

8.

Chrysof.

Immensum diuinæ sapientiæ pelagus.

Pifidas.

Naz.

simplici velo. Quia illi sunt natura intelligibilis, cui sola non apparet Deitas; nos verò natura corporea, quibus ipsa natura angelica nõ est conspicua. Et ita obducitur nobis duplum velum; Angelis simplicium. Angeli ergo in speculo clarè vidēt; nos verò in speculo per ænigma.

S. Ioannes Chryf. de incõprehensibili Dei natura homil. 1. in illud Psal. 138. *Cõfitebor tibi, quia terribilitèr magnificatus es, contèplatus naturã Dei, & admirabilitate plenissimus, Quid (inquit) cum, terribilitèr, dicat, significat? Deindè cum referret ea, quæ solent homines mirari. Itè (inquit) scilicèt miramur maris vastitatem, immensos q̃ gurgites; sed non sine metu, cū eius inspicimus altitudinè: sic & Propbeta cum vastū id, immensūq; diuinæ sapientiæ mare inspiciat, vertigine quasi tentatus stupefcit. Vbi pulchrè exemplo describit pelagus infinitum diuinæ sapientiæ, quod vel cogitare animus refugit, ac perhorrescit; ne dicam sibi arroget, vt comprehendat. Quã fortè metaphoram vsurpauit sibi Georg. Pifidas vates ex Christianis egregius de mundi opificio, sic inquiens.*

*Vt nauigantibus in cauis pelagi abditis
Quo latius protendit vastum mare,
Tanto se magis contrabunt præcordia.*
Et iterum.

*Tum pronus incūbens ad imum gurgitè,
Et conuolutus ad cauum voraginis
Vertigine æstuo.*

S. Greg. Naz. orat. de Natiu. Christi, qui cū de effètia Dei loqueretur. *Est, inquit, velut pelagus quoddã essentiæ immensū, & interminatū, omnè tum temporis, tū naturæ cognitionem superans, mente sola adūbrabile, & quidè per exiguè, & per obscurè; non ex ijs, quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsū: priusquàm teneatur effugiēs, & priusquàm intellectu capiatur, se ipsū fuga proripiens.* Quibus in verbis nõ solum proponit, quod quid est Deus pelagus quoddã esse infinitū, quod mēte humana haurire impossibile sit; sed modū quoque, naturæ intelligētiã superare, in quo nec tēporis, nec naturæ ordo, cõditioque possit inueniri. Quinetiã cogitatione ipsa nõ posse adūbrari; quia ea quæ nouimus nõ ita sunt in natura Deitatis, sicut à nobis cognoscūtur, sed sunt circa ipsam, scilicèt ex operibus eius ostendētia Deitatis ipsius eminentiã, quã tamen nõ valeamus mente tenere, quod idè est

A quod comprehendere. Et ideò orat. 2. de Theologia arguit Platonē tacito nomine, *Deū (inquit) intellectu percipere difficile est, eloqui autè impossibile, vt propbanorū Theologorū quidã docuit. Quæ sunt ferè verba Platonis in Thymæo. Ego verò (inquit Naz.) ita potius dicendū censeo, Dei naturã nullis quidè verbis explicari posse; animo autè, atq; intellectu cõprehendi multò minùs. Nam quod quis animo & ratione cõplexus fuerit, id quoq; fortasse sermone declarare queat.* & in apologet. orat. 1. elegantèr ait, *Deū maius sui studiū, amorèque excitare, dū sic cognoscitur, vt nunquã satis comprehendatur. Qui abyssu, inquit, tegitur, qui*

B *pro latebris tenebras habet, ut potè lumē purissimū, pluribusq; inaccessū: qui & in vniuerso, & extra vniuersū est: qui bonū omne est, & bono omni superior: qui mētē illustrat, & mentis celeritatē, altitudinēque fugit: quātūque percipitur, tantūdem super se subduxit, amātesque sui, ex eo quòd fugit, & velut iã comprehēsus se proripit, ad superiora illectos ducit. Quibus etiã verbis & abyssum meditatur, & latebras Deitatis caliginē, & totū Deum ignotū, dū totus cognoscitur, quia subducit se super: quod ex Hilario statim subiiciemus. Similia verò huic sententiæ dixit antiquitùs Clem. Alex. lib. 2. Stromat. *Deus, inquit, res quadam est captu, peruestigatuq; difficilis, persequētis oculis sēper se subducens, & procul abscedēs.**

C Quod idem dixit Pifidas de mundi opificio. *Manes, fugisq; exilis atq; umbra in modū Dum detineris, prensionem tum effugis.* Sicut enim umbra, siue spectrum nõ apprehēditur, quia nõ est id, quod apparet: ita & Deitas quod quid est non capitur, quia est supra id quod de Deitate contèplamur; cū non ita sit in se ipsa, sicut modulo nostræ intelligētiæ apprehenditur. Illa verò lucta Iacobi cum Angelo significabatur etiã, vt ait S. Gregor. Naz. oratione in laudē diuini Basilij, humani moduli cum diuina sublimitate comparatio, & contentio. *Vnde etiam, inquit, humana natura separata signa gestat, quia scilicèt post luctam claudicabat Iacobus. In qua visione mysticè contemplari licet Deitatem, vel etiam humana specie apparētè, hoc est, intelligentia humana apprehēsã, adhuc superare, & effugere rationis humanæ conatus, & vires.*

Simi-

D. Greg. Naz. Platonem arguit.

2.

Clem. Alex.

9. Pifidas.

Nazianz.

10
Damasce.

Similiter S. Ioanes Damasc. c. 2. fidei orthod. lib. 1. Deum appellat *infinite*, omnem amplexum, comprehensionem omnem, omnemque intelligentiam effugientem. Profecto quod infinitum est comprehendere non potest nisi ab infinito; & quod est supra naturam, effugit naturam intelligentiam: & c. 4. hoc ipsum suscipit confirmandum, quod Deus sit incomprehensibilis, maxime eo argumento, quia quod est supra substantiam, est quoque supra cognitionem. *Infinite igitur* (inquit) *diuinitas, & incomprehensibilis: & hoc solum eius comprehensibile, infinite & incomprehensibilitas*. Et ratio praestata est; nam comprehendere incomprehensibilitatem est comprehendere negationem quandam, scilicet quod Deus non sit comprehensibilis, & hoc facile est; ipsam autem quidditatem, de qua comprehendimus esse incomprehensibile, comprehendere est impossibile; cum sit in verbis aperta repugnantia, scilicet ut incomprehensibile comprehendamus. De qua etiam re elegantem

Incomprehensibilitas ipsa comprehendere potest.

Tertullian.

Tertul. in apolog. contra gentes. c. 17. *Quod, inquit, immensum est, soli sibi notum est; hoc est quod Deum aestimari facit, dum aestimari non capit. Ita enim vis magnitudinis, & notum hominibus obiecit & ignotum.*

11.
S. Hilari.

S. Hilarius vero, & disertè, & argute hoc ipsum confirmat lib. 2. de Trinitate. *intelligentiam, inquit, commouet, & totum mente completere; nihil tenes: quia totum hoc habet reliquum: reliquum autem hoc semper in toto est: ergo neque totum ei est, cui reliquum est; neque reliquum est, cui omne quod est, totum est.* Quibus in verbis explicatissime ostendit Deum non posse comprehendere; nam comprehendere est totum amplecti; quidquid autem de Deo concipiamus, aliquid superest quod de ipso Deo possimus intelligere. Illud autem reliquum etiam est totum, non enim pars, cum Deus sit simplex. Et ratione eadem id ipsum, quod praconceptimus, totum est, non pars; atqui supererat aliquid intelligendum; ergo neque circa id, quod erat praconceptum, neque circa id, quod supererat intelligendum, est propria Deitatis cognitio. Quod si id, quod est, non possumus cognoscere, multo minus possibile est comprehendere, quod est perfecte cognoscere. Quare ipse S. Hilarius rectè consulat lib. 1. de Trinitate. *Cum itaque de rebus Dei erit sermo, concedamus cognitionem sui Deo.* Et post pauca, *idoneus enim sibi ipse testis est, qui nisi per se cognitus non est.* Et ibidem tacite Anomæos arguens ait. *Neque, ut ipsi usque*

S. Hilarius arguit tacite Anomæos.

A *ad infinitatem opinandi de infinitis rebus emergerent, sed intra finem sensus sui indefinita concluderent.* Quibus significat Anomæos idem esse Deo iniuriosum maxime, quia cum non eorum possint euadere per elationem animi, ut in finem de Deo concipiatur intelligentiam, sed breuem & praefinitam; videntur coarctare naturam Deitatis, & reddere finitam, ut eam possit capere intelligentia finita. Idemque significat antea verbis alij, *ut in quantum se ad aliquem praesumptum licet opinionis mens infinita protenderet, in tantum omnem persequeretur se natura infinitatem, infinitas immoderata aternitatis excederet.* Respondet ergo tacite obiectioni, nam etsi intellectus noster sit vis quaedam infinita secundum potentiam, quia in intelligibili operatione non subsistit, sed perpetuo pergit: tamen infinitas Dei est immoderata, hoc est, sine modo; quia, ut Theologi dilucidius aiunt, est infinita in actu; atque adeo excedit intellectum omnem creatum, qui est in potentia infinitus.

B

Elegantem vero S. Augustinum tom. 9. de consensu. Christi c. 1. de Deo inquit, *Quae scientiam sequimur, & comprehendere non ualemus.* Nos enim in cognitione Deitatis quasi progredimur concrescentes nos a quibusdam in alia; Deus autem cum immobilis perseveret, apprehendi non potest, quasi infinito inter nos & illud spatio interposito, & c. 2. ait. *Nec ullatenus ita putandum est, ut unaquaeque res pro magnitudine portio-*

Occurrit obiectioni,

12.
S. August.

C *nis suae capiat te, id est, maxima maius, minima minus; cum sis potius ipsa in omnibus, & omnia in te.* Vbi argumentum idem S. Hilarij tractat, scilicet Deum non posse comprehendere, quia partes non habeat. Cum ergo alij de Deo plura, alij pauciora intelligant, consequens est, ut eorum nullus id, quod est Dei proprium mente accipiat, quod non est maius nec minus, sed in ipsa nostra intelligentia ea est mensura, ut notitia ipsa nostri intellectus, qua Deum capimus, breuior sit, aut diffusior; maior, aut minor: Deus vero sit infinitum quoddam, quod extra mensuram est, cum partes non habeat, atque adeo nequeat comprehendere.

Deum non potest comprehendere, quia partes non habet.

D

Denique nullus Sanctorum Patrum, neque vero Philosophorum ullus etiam Ethenicorum, de natura Deitatis verbum fecit, qui eius infinitatem incomprehensibilem intestatam relinqueret: quare & de quodam Graecorum sapiente refert S. Iustinus lib. de recta confess. illud egregie dictum, *apud S. Iustinum nihil diuinum esse hominibus manifestum.*

13.

Græcus quidam sapiens

B 2 Nos

Hæ Patrum
sententiæ Deū
incomprehen-
sibilem afir-
mant, & infu-
per probant.

Nos verò eas sententiâ adduximus, non quibus Patres affirmant Deum esse incōprehensibilem; quia eę sūt innumera, quas infinitum esset percurrere; sed illas, quibus veritatis eiusdem causam, & rationē conscribunt. Theologicas autē demonstrationes in alium locum seruamus de visione Dei, vbi erit distinctè explicandū quot modi sint comprehensionis? & an beati possint Deū comprehendere? Sed impia hæresis Anomæorum hoc loco fuit refutanda, qui se mortales dicerent naturam Deitatis perfectè cognoscere.

SECUNDA PARS.

*Diuina processio est incomprehen-
sibilis.*

1.
Processiones
diuinas esse in
cōprehensibi-
les de fide est.
Isaia. 53.

EX his deducendum est consecrariū, quod diuinæ quoque processiones incōprehensibiles sunt, & ipsa Trinitas in vnitate naturæ. Quod est certissima fide tenendū, iuxta illud *Isaia. c. 53. Generationē eius quis enarrabit?* Nam hūc locum Patres vno cōsensu explicant de generatione Verbi licet illorum aliqui aliā interpretationē simul admittant; generationem eius, id est, sæculum eius, vt videbimus lib. 2. Tertullianus verò, & S. Iustinus contra Iudæos venusto sanè cōmentario (an ita certo dubito) explicant locū istū de Natiuitate Domini ex Virgine Beatissima, quod fuerit miraculum haud facillè enarrādum. Sed ferè omniū consensus est de diuina Verbi processione, de qua etiā re lib. 2. dicemus: est ergo generatio isthæc inexplicabilis; & ratio huius assertionis est in promptu; nā generationem, aut processionē, quæ est in natura diuina, non nisi comprehendēdo naturā potest quis perfectè cognoscere. Vndè S. Gregorius Naz. orat. 3. de Theologia inquit, *Quanto enim difficilius est Dei naturā, quàm hominis, indagare; tanto quoq; difficilius percipi potest superna illa, & diuina generatio, quam tua.* Et iterum, *Dei generatio silentij honore decoretur: abundè magnum tibi est scire eum genitū esse: quomodo autem genitus sit, ne ipsis quidem Angelis, ne dum tibi intelligere cōcesserim. Vis declarare quomodo? Vt scit Pater, qui progeniuit, & Filius, qui progenitus est.* Similia apud Patres frequētè reperies; nam occultationem huius mysterij omnes referunt ad incomprehensibilem naturam, in qua omnia quæ existunt latent, & occulta

Tertul.
S. Iustinus.

Naz.

A sunt. Idem S. Greg. orat. 3. *Peruenimus (inquit) ad sūmitatem montis fumantē, & coruscantem; ingredimur interiora nubis, penetralia diuinitatis, scilicet ad arcanum Trinitatis sanctissimæ penetrantes.* Quibus similia dicit S. Ambr. lib. 1. de fide cap. 5.

S. Ambr.

Hoc ipsum elegātè S. Hilarius testatur lib. 2. de Trinit. *Posuit, inquit, natura nomine Patrē, Filium, & Spiritum Sanctū: Extra significantiā sermonis est, extra intelligentiæ conceptionē. Quicquid ultra queritur, nō enūciatur, non attingitur, non tenetur. Verborū significantiā rei ipsius natura consumit; sensus contemplationē imperspicabile lumen obcaecat, intelligentiæ capacitatem; quicquid sine ultimo cōtinetur, excedit.* Quibus in dictis demōstratio haud obscura proponitur; nam hæc nomina, Pater, Generatio, Relatio, Persona, Natura, sunt significatione, intelligentiāq; distincta; re autem ipsa idē sunt: nullus ergo intellectus per has notiones, & nomina poterit intelligere perfectè rem ipsam, cū vna eadēq; sit; conceptiones autē distincte, quia non adæquant rei ipsius naturā. Et hoc est rē esse extra significantiā sermonis, & naturā consumere verborū significatiā: vndè rectè ait cætera infinite superari ab hac immēsitate Deitatis, & Trinitatis. Et S.

2.
S. Hilarij.

Elegans ratio
S. Hilarij.

C Aug. in Ioan. *Studeo (inquit) fratres dicere; neq; ipse Ioannes dixit, vt est, sed dixit, vt potuit; quia de Deo, vt homo dixit, & quidem inspiratus à Deo; sed tamen homo, quia inspiratus, dixit aliquid; si non inspiratus esset, nihil dixisset.*

S. August.

S. Cyrillus autē initio Thesauri sic exorditur, *Quid aut ad intelligendū magis arduum, aut ad explicandū difficilius, quā vera speculatio, quæ de sancta, consubstantialiq; Trinitate habetur? Quamobrem opus illud vocat thesaurum, quasi indagacionem rerum abditarum.*

3.
S. Cyril.

Paulus verò Burgēs. 1. p. Scrutinij d. 9. c. 8. testatur hæc mysteria in literis sacris non superficie tenus tradi, sed in eisdem quasi absconditos thesauros latere; & Prouerb. 2. de ijs legi. *Si quasi seris eam tanquam pecuniam; & quasi thesauros efoderis eam, tunc intelliges.*

4.
Paul. Burg.

Prouerb. 2.

Sed quid opus est confirmatione in re apparente? Toto enim hoc opere nihil à nobis facilius efficietur, quàm vt incōprehensibilem esse Trinitatem in singulis quæstionibus commonstremus, dum

5.

ad

S. August. Eccles. 43. Synod. Nic. 2. Hormida. Alexand. Leo Papa. 6.

ad vnaqueque elucidanda non valemus. Vnde S. Augustinus cum libros 15. de Trinitate edidisset, his verbis claudit totum opus cum Ecclesiastico 43. Multa dicemus, & deficiemus in verbis; cōsummatio autem sermonum ipse est in omnibus. Tunc autem Deum colloquens ait, Cum ergo peruenerimus ad te, cessabunt multa ista, quæ dicimus, & non peruenimus. Nihil fanè potuit dici sapiētius: pleaque enim hominibus contingit ignorare, aliqua autem pro ingenio nostro sciri non est negandum: sed verba omnia, quæ facimus de rebus diuinis, inania sunt ad hoc, vt ipsam perfectā cognitionem attingamus, quousque ad Deū liceat peruenire. Quamobrem Synodus Nicæna. 2. vocat ineffabile mylterium, & quod omnem superat intellectum, & sermonem. Et Hormida epist. 1. Decretali cap. 1. secretum impenetrabilis substantiæ. Alexāder etiam Episcopus Alexandria, qui Arium excommunicauit, epistola ad Alexandrum Constantinopolitanum Episcopū, & Leo Papa serm. 7. de Trinitate hæc mylteria superare nostrum intellectum confirmant.

Natura diuina per opera diuina dilucidè innotescit naturalitèr vt causa rerū; nō sic Trinitas.

Hoc ergo loco statutum sit naturam Deitatis, & Trinitatem Personarum incomprehensibilem esse. Nam Trinitatē non posse cognosci etiam imperfectè per intellectus naturalem efficaciam, ostendendum est cap. sequenti. Qua etiam sententia firmatur hæc veritas, quod Trinitas sit incomprehensibilis; quia natura Trinitatis, quæ est diuina natura, per opera diuina dilucidè innotescit, vt causa rerum, etsi comprehendere, hoc est, intellectu capi, & contineri non possit: at verò Trinitas in ipsa natura diuina nos latet; sed etsi posset naturali vi intellectus cognosci, comprehendere tamen omninò non posset, sicut neque natura diuina comprehenditur.

TERTIA PARS.

Non est temerè aliquid de Diuinis differendum.

1. Nihil nouum de Deo temerè asserendū est, ex Patrum sententijs.

IN tertia parte statuendum est nihil esse temerè de rebus diuinis asserendum; quod ideò statuimus, vt nimiam aliquorum licentiam cohibeamus, qui nouas opiniones verbis non auditis hætenus, sed denuò excogitatis audent propria auctoritate inducere. Ego verò sententiam Patrum cōcordem referam,

A vt viderint ipsi quid agant. Omittam verò admonitiones illas communes Ecclesiastici. 3. Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et Sapient. 9. Difficile est imamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore; quæ autè in caelis sunt, quis inuestigabit? Quod argumentum S. Gregor. Nazianzenus integra oratione, quæ secunda est de Theologia, luculentè, elegantissimèque absoluit, plura tractans de minimis rebus ignota, eos maximè perstringens, & arguens, qui audacter scrutantur diuina. Sanctus verò Basiliius vel vnum de formica exemplum ostendit epistola ad Eunomium, Dicat mihi aliquis, quæ sit formicæ natura? an spiritu, & anhelitu vita ipsius contineatur? Et post plures quæstiones, Si minutissime formicæ naturam nondum cognitione apprehendisti, quomodò incomprehensibilis Dei vim, te imaginari gloriaris? Verbis autem clarioribus ab ea audacia deterremur, Prouerb. 15. Qui scrutator est Maiestatis opprimetur à gloria. Minæ sunt diuinæ, vt sapientes sibi metuant, & credant certissimò fore, vt in rebus fidei cæcutiant, qui ad lucem inaccessibilem audacè pedem inferunt, & quasi non vocati accedunt tanquā ad rubum ardentem, & ad montem fumigantem.

Eccles. 3. Sap. 9. Nazianz. S. Basil. Prouerb. 15.

Quod adnotauit S. Ioannes Chryso. de incomprehensibili Dei natura, homilia 3. in illud Apostoli, Qui lucem habitat inaccessibleem, scilicet eam lucem non solum esse incomprehensibilem, sed etiā inaccessibleem, hoc enim esse longè maius. Nam incomprehensibile non posse quidem inuestigari, inaccessibleè verò non etiam licere. Non licet enim per Deum optimum inuestigari Deitatis arcanum. Sanctus verò Gregorius Naz. oratione 2. cōfert disputationem Theologia, scilicet de rebus diuinis, cū Moyse ad Deum colloquutione in mōte fumo circumfuso, & terribili, ad quem non liceret accedere. Legant audaces, & dicant quā religiosè nobis à monte hoc cauendum sit. Legant quoque Chryso-

Chryso. Inaccessibile maius, quam incomprehensibile. Nazianz. Chryso.

stomum de incomprehensibili Dei natura, homilia prima; vbi cum descripsisset Angelos apud Prophetas in Visione coram Domino oculos obtegentes, & hoc Maiestati eius deferentes, inquit: Videsne quantū timoris, quanta religionis obseruantia inter Angelos est? Angeli

Chryso. Angeli coram Domino oculos obtegentes, & venerabundi.

glorificant, honorant, colunt, obseruant, adorant; homines parui faciunt, petulāter scrutantur, temerè, plusquam capere possunt, conantur rapere. Illi commendant, & laudant; hi disceptant, & plus sibi arrogant, quam valeant intelligere; Illi oculos tegunt, & venerantur; hi contendunt impudentè inspicere, atque intueri ineffabilem gloriam, verba sunt Chrysostomo digna. Ex quibus illa erūt obseruanda, quòd de cognitione Deitatis, quæ capere non possumus, disputando eripimus, dum ea quæ nescimus tentamus asserere.

3.
S. Hilar.

Eodem exemplo lucis inaccessibilis S. Hilarius probè nos admonet lib. 10. de Trinit. *Sicut non est in sole, quod videas, si hoc velis videre, quod non potes; amittas autè quod post videri, dum quod non potest, niteris: ita & in rebus Dei habes quod intelligas; si intelligere, quod potes, velis. Sed tamen si ultra quod potes, speres; id quoque quod potuisti posse, non poteris.* Quod verissimum sanè est; nam is qui temerè, & inconsideratè speculatur diuina, etiam eas veritates, quas parçè, & continentèr inuestigando percipisset, per insolentiam ignorat.

4.
S. Dionys.

Proponèdus igitur est nobis diuinus Dionysius cap. 1. de diuinis nominibus. *Vniuersalitèr non est audendum dicere aliquid, neque etiam cogitare de supersubstantiali occulta Deitate, præter ea, quæ diuinitus nobis ex sanctis eloquijs sunt expressa.* Quæ verba interpretatus S. Thomas 1. p. q. 29. ar. 3. ad 1. & q. 32. art. 2. ad 1. licere nobis ait, vt ex ipsis sacris eloquijs alia etiam quæ vera sunt & consequentia colligamus. Et iterum cap. 1. ait S. Dionysius. *Eatenus ad supera contendere debemus, quatenus diuinorum scriptorum radijs se ipse offert.* Quibus verbis consentit ille S. Doctoris interpretationi, nam à sanctis scriptis iubet percipere diuinorum disciplinam, quatenus in illis verbis veritas irradias se ostendit; quod est alia ex alijs per consequentiam discere. Subscribit autem S. Dionysio S. Ioannes Damascenus eius affectator lib. 1. fidei Orthodoxæ cap. 2.

S. Thom.
Licet nobis ex ipsis sacris eloquijs, alia etiā quæ vera sunt & consequentia colligere.
S. Dionys.

Damasc.

Non igitur fieri potest, vt præter illa, quæ diuinitus sacra nobis, & veteris, & noui testamenti enunciarūt eloquia, quæ uè dixerunt, & manifestarunt, quicquā eloquamur de Deo, aut penitus intelligamus. Et cap. 1. *Cuncta igitur quæ tradita*

A sunt per legem, & Prophetas, & Apostolos, & Euangelistas suscipimus, cognoscimus, veneramur, nihil ultra illa perquirentes. Et hi quidè Patres de rebus diuinis philosophati sunt; sed non nisi ea, quæ essent cum sacris literis sensu coniuncta. Egregiè etiam Doctor Paschalius disputans, de re quapiam, quæ non est tradita in sacris literis lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 9. *Nihil, inquit, ex hoc eloquia sacra cecinerunt; nefas est erumpere diuina silentia:* quasi dicat si leamus, quæ Deus ipse tacuit, quasi vo-

Paschalius.

Silenda quæ Deus ipse tacuit.

B lens ea esse in silentio. Verùm & Ecclesiæ definitiones de mysterio Trinitatis nihil aliud sonant, quàm ea, quæ ex sacris literis planè eruuntur; quia nulla in re periculosius erratur, quàm in Trinitatis quæstionibus, vt S. Augustinus affirmat lib. 1. de Trinitate cap. 3. Et idem confirmat S. Ambros. Hebr. 1. *Vbique* (inquit) *religioso nobis opus est intellectū, maxime autem ubi de Deo loquimur, vel audimus.* Et lib. 1. de fide c. 5. *Si quando, inquit, aliàs, maxime per istā caliginem ingredientis illud meminisse opus est, sequere Deum.* Eleganter sanè; nam in caligine huius mysterij nullum

S. Aug.

S. Ambr.

C alium ducem licet sequi, nisi Deum, qui se ipsum nouit. Et S. Bernard. lib. 5. de considerat. ad Eugen. cap. 8. *Sacramentum hoc, ait, magnum est; & quidè venerandum, non scrutandū, quomodo pluralitas in unitate, & hac unitate; aut ipsa in pluralitate: scrutari hoc temeritas est; credere pietas est; nosse vita, & vita æterna.* Et ob hanc causam in Concilio Moguntino cap. 1. cautum erat, nè hæc vulgò proderent, & meritò quidem: nam & Philosophi prisce Philosophiæ arcana quædam tegebant silentio, quibus non iudicarent esse vulgi ingenia idonea. Clemens Alexand. Stromat. lib. 5.

S. Bern.

Conc. Mog.

D Epicuræos ait habere apud se quædam arcana, & non permittere omnibus, vt ea scripta legant; & stoicos referre à Zenone primo quædam conscripta, quæ nõ facillè permittat legere discipulis. Quanto ergo religiosius cauèdum est, ne mysteria Trinitatis sanctissima, & abditissima vulgò proponantur, quæ etiam cum summo metu, & reuerètia decet à Theologis tractari.

Clem. Alex.

Mysteria fidei præsertim Trinitatis, etiam à Theologis cū summo metu, & reuerètia tractanda.

Ex his omnibus si quæ nobis religio iniicienda est, si quis scrupulus in mente relinquendus, nemo inficiabitur illud asseri

asserit temerè de rebus diuinis, quod est nouum, & peregrinum tum apud Patres, tum apud Magistros scholæ priscos, & probatos, quibus cæteri non repugnent. Neque mihi dubiū est grauitè, eos peccare in Deum; præterquam quod immoderatè agunt, qui in hac disputatione noua asserunt, noua, inquam, asserita de rebus diuinis.

QVARTA PARS.

Moderata diuinorum inuestigatio laudabilis est, & necessaria.

I. Necessaria est doctrina, & inquisitio moderata de sancta Trinitate, ex Patrum sententijs.

QVod verò hic tractatus de Trinitate Theologorum studio, & curiositate dignus sit, & maximè necessarius, ex iisdem, quæ ostensa sunt, poterit cõmonstrari. Nam cum fides Christiana à professione Trinitatis initiū ducat; quò ea cognitio difficilior est, eò magis est necessaria veritatis inquisitio; tum, vt hæreses, quæ penè hac in re innumeræ sunt, excidantur; tum, vt ea, quæ sunt per audaciam aliquorum temerè inuecta, amendantur ab scholis; tum etiam, vt ne quid de Deo, quod falsum sit, mente concipiamus. Nam vt S. Augustinus ait, lib. questionum supra Iosue, q. 29. tom. 4. *Quisquis talem cogitat Deum, qualis nõ est, alienum Deum utique, & falsum in cogitatione portat.* Quod etsi possit per inconsiderantiam sine crimine pietatis euenire; elaborandum tamen maximè est, ne Deum falsum mente speculante geramus, dum ea de Deo, quæ non sunt, in Deo concipimus. Neque tamen ideò à Deitatis contemplatione auocemur; sed res diuinas cum moderatione animi inuestigemus, quod est *non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Ita nos commonet S. Dionysius cap. 1. de diuinis nominibus, qui cum dixit. *Ipsius quidem quicquid est scientia, & contemplatio omnibus est inuia, subiungit, non tamen incommunicabile est vniuersaliter bonum.* Et infra. *Benignè super apparet, & ad ipsius contemplationem, & communionem, & assimilationem extendit sanctas mentes, quæ ipsi, sicut est fas, & sicut decet sanctas mentes, se immittunt. Et neque ad superius, quàm conuenièter data Dei apparitione, superbe præsumunt; neque ad inferius ex subiectione ad peius prolabantur: sed firmè,*

S. Aug.

Elaborandum ne Deum falsum mente speculante geramus.

S. Dionys.

A & indeclinabiliter ad radium ipsius superplendentem extenduntur, & commensurato amore conuenientium illuminationi reuerentia sancta & castè, & sanctè altiùs eleuantur. Æqua profectò omnibus doctrina ne supra rationem ea de Deo fingamus, quæ à sacris eloquijs non didicimus; neque verò sic deuincti rationem Philosophiæ sequamur, vt ad similitudinem rerum obiectarum Deum esse existimemus, hoc enim est indeclinabiliter extendi ad radium diuinum. Nam res diuinas oportet, vt moderatè inquiramus; ita tamen moderatè, vt dignam de Deo suspensionem habeamus. Quod doctè persuadet S. Hilarius lib. 1. de Trinitate. *Vt de substantia Dei auditurus sensum suū ad ea quæ Dei substantia sunt digna moderetur; moderetur autem non aliquo modo intelligendi, sed infinitate.* Infinitas est moderatio, seu norma, quæ debemus animo adhibere de rebus diuinis loquuturi. Hoc etiam Patres perpetuò agunt, vt neque ad altiora, supra rationem animo moliendo aliquid, ascendant; neque verò finant res diuinas à nobis humiliter intelligi; sed, prout decet, contemplantes naturam infinitam. Huc verò fructum quam maximum facturos nos esse ait S. Augustinus lib. 1. de Trinit. cap. 3. *Quia, inquit, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid queritur, nec fructuosius aliquid inuenitur.* Et S. Anselmus, Sancti Augustini auscultator auidissimus, Monologorum cap. 62. *Sufficere nanque debere existimo rem incomprehensibilem indaganti; si ad hoc ratiocinando peruenierit, vt eam certissimè esse cognoscat; etiam si penetrare nequeat intellectu, quomodo ita sit.*

S. Hilar.

Infinitas est moderatio seu norma, quam loquuturus de rebus diuinis animo adhibere debet.

S. August.

S. Anselm.

Rem incomprehensibilem indagati quid sufficiat.

Richard.

D Richardus verò de S. Viçt. in Prologo librorum de Trinitate nos ad eius contemplationem quoad potest stimulat, atque excitat. *Parum ergo, inquit, debet nobis esse, quæ recta, & vera sunt, de Deo credere; sed sat agamus (vt dictum est) quæ credimus intelligere.* Nitamur semper, in quantum fas est, vel fieri potest, comprehendere ratione, quod tenemus ex fide. In quo tamen studio contemplationis moderationem adhibuit, vt ne plusquam fas est, velimus attingere.

Exhortatio ad Theologiam.

Ad hæc ergo spectat Theologia nostra, vt ex datis principijs veritates aliquas commonstret, etsi modum rerum,

Theologia nostra quid spectet.

& conditionem explicare non valeat. Felicitissimum tamen est quomodocūq; in ea disciplina versari, in qua Dei notionibus, & abditissimis arcanis mentē imbuiamus; vt rectē vsurpemus illud S. Bernard. lib. 5. de Cōsiderat. ad Eugen. cap. 11. *Solus est Deus, qui frustra nunquam queri potest, neque cum inueniri non potest.* & cap. 1. *Toties (inquit) perigrinatur consideratio tua, quoties ab illis rebus ad ista deflectitur inferiora, & visibilia.* Et infra. *Si tamen ita versatur in ijs, vt per hac illa requirat, haud procul exulat. Sic considerare, vel approbare repatriare est.* Quod verbū, repatriare, vtilitē sanē latinitate donauit, vt intelligeremus redditum esse in patriam eam, quæ est de rebus diuinis, contemplationem. Est autem sanctissimæ Triadis meditatio, teste S. Greg. Nazianz. in Apolog. caput fidei Christianæ, idemque visum beatissimū, cuius in aspectu summa felicitas est posita, vt nulli accidat beatum esse, sine intuitu Trinitatis, vt 2. 2. Theologi disputant. Et hæc quidem sunt vtilitates Theologici commentarij de mysterio Trinitatis; illaque præcipua, vt oppugnantium hæreticorum argumentis faciamus satis: quod & Patres grauitē præstiterunt. Namque, vt ait S. Hilarius lib. 12. de Trinitat. Apostolus, qui nobis arma spiritalia tradidit, fidē non nudam, neque inopem rationis nobis reliquit; sed armis instructam, & paratam.

CAPVT VIII.

Non est propositio nobis per se nota, Spiritum Sanctum esse verum Deum.

Ratio Aristotelicæ disciplinæ in Posterioribus postulat, vt à prænotionibus subiecti, de quo agimus, faciamus initium disputandi; scilicet inquirēdum est 1. an Spiritus Sanctus sit? & quid sit? Prænotiones autē dicuntur, quia in disputatione prius ponuntur, neque indigent demonstratione; nam si demonstrantur, non sunt prænotiones, sed conclusiones demonstratæ. Spiritum Sanctum esse nō est hoc pacto nobis notum, vt se ipso innotescat absque demonstratiuo medio; quia supra sensum est, ac supra omnem intellectum creatum; vnde non potest vlla substantia creata, illum, prout est in

A se ipso, intueri. Imò verò neque ex effectu Spiritus Sanctus apertē cognoscitur, quia nō operatur primò per se quatenus Spiritus Sanctus, sed quatenus Deus: nā persona non est ratio operandi, sed natura. Cognoscimus autē Deum per operationem Deitatis; sed hoc nomen Deitatis non declarat Spiritum Sanctū esse. Igitur de Spiritu Sancto non habemus prænotionem, quòd sit. Et hoc argumento vtitur S. Thom. 1. p. q. 32. artic. 1. ad probandum quòd Trinitas Beatissima non sit per se nota, quod tractabimus cap. 9. huius libri.

B Sed neque prænotionem, quid sit Spiritus Sanctus, habemus. Nam eius quidditas, est ipsa quidditas Dei vna, & eadē, quæ naturali ratione incomprehensibilis est, vt iam ostendimus. Et præterea eo etiam modo, quo potest quidditas Dei ratione naturali inuestigari ex parte, & imperfectē per operationem, vt Deus est causa rerum; non tamen per eam innotescit quidditas Spiritus Sancti; quia non est notum naturali ratione, quòd Spiritus Sanctus sit Deus, vt cap. sequenti docebimus.

C In Deo igitur hæc duæ prænotiones coincidunt, an scilicet sit, & quid sit; nam ipsum esse est quod quid est Dei, & quidditas, & existentia idem est; non ergo accidit alterum sine altero perfectē cognoscere. Cū igitur Deum esse per Physicas, & Metaphysicas rationes demonstramus; quòd Deus sit, non est prænotio, sed conclusio scita. Et similiter quid sit Deus, non est in aliqua scientia prænotio. Igitur de Spiritu Sancto, quem ratio naturalis non attingit, prænotiones non sunt in sacra Theologia; sed potius per fidem diuinam vtraque veritas ponenda est; quòd Spiritus Sanctus sit, & quod sit verus Deus. In quo sensu videtur S. Hilarius dixisse lib. 2. de Trinitate, de Spiritu Sancto loquens. *Et quidē puto, an sit, non esse tractandum. Est enim quandoquidē donatur, accipitur, obtinetur.* Vbi prænotionem Spiritus Sancti, an sit, reuocat quidem nō ad sensum corporeum, quo non percipitur; sed ad sensum spirituale, quo Spiritum Sanctum viri iusti mēte, & affectu percipiūt; obscure tamen per fidem, qua credunt Spiritum Sanctum esse.

D Sed altera superest quæstio de hac re, quam hoc capite proponimus, an sit propositio

S. Bernard.

Nazianz.

Vtilitates the
ologici com-
mentarij de
mysterio Tri-
nitatis.
S. Hilari.De Spiritu S.
non habemus
prænotionem
quòd sit.

S. Thom.

2.
Similiter ne-
que prænotio-
nem, quid sit?3.
In Deo hæc duæ
prænotiones
coincidunt.

S. Hilari.

4.

Propositio, Spiritus Sanctus est, est per se nota secundum se.

S. Thom.

Non tamen nobis, quia neque naturaliter.

Hæc, Deus est Spiritus Sanctus, quasi à priori ostenditur ex diuina infinitate. Nō tamē illa, Sps Sanctus est Deus.

Declaratur exemplo. Arist.

S. Thom. 6.

positio per se nota, Spiritus Sanctus est. Nam sicut S. Thomas ait 1. p. q. 2. art. 1. quod hæc, Deus est, est per se nota, non nobis, sed secundum se; non, inquam, nobis, quia demonstramus illam à posteriori; bene tamen secundum se, quia res significata per subiectum, & prædicatum est eadem, & caret medio à priori, quo demonstratur: ita quoque videtur ascendendum, quod hæc propositio, Spiritus Sanctus est, nobis quidem non sit per se nota, quia neque naturaliter, sed solum per fidem; sed tamen est per se nota secundum se, quia extrema ita sunt coniuncta, & idē, vt medio à priori nequeat demonstrari. Sicut enim, quod Petrus sit homo, est per se notum; ita & quod Spiritus Sanctus sit Deus, & necessariò existat, est per se notum secundum naturam Deitatis, seu secundum se.

Est autem hoc loco considerandum, quod in cognitione nostra essentia, seu natura Deitatis antecedit origines diuinas. Vnde assignatur quasi ratio à priori ostendens, quod Deus sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: nihilominus tamen quod Pater, aut Spiritus Sanctus sit Deus, est per se notum; quia Pater, seu Spiritus Sanctus essentialiter, & quidditatiuè est Deus. Sicut etiam Aristoteles 1. Physicorum demonstrat motum fieri circa corpus; nihilominus quia corpus physicum seu naturale constat natura, quæ est principium motus, corpus physicum esse mobile est alia ratione per se notum; eò quod corpus physicum natura constat, quæ est principium motus; neque hac ratione demonstratur corpus esse mobile, sed est per se notum, quia natura est aptitudo ad motum: mobile autem est aptum moueri; & idē mobile, & naturale definitione sunt idem in questione physica, si aptitudo ad motum significet naturam, in qua est potentia, & vis ad motum. Si verò aptitudo significet ipsam potentiam & vim, erit aptitudo ad motum passio, & affectio corporis physici; & adhuc est propositio per se nota, corpus physicum est mobile, quia ista aptitudo, seu vis ad motum est prima passio corporis physici, quæ cum prædicatur de proprio subiecto propositio est per se nota, vt docet S. Thomas 1. Posterior. lect. 36.

Neque hoc tamen obstat, quin rationibus aliundè petitis demonstratur mo-

A tum necessariò in corpore inueniri, vt Aristoteles demonstrat 5. Physic. etsi corpus esse mobile non demonstratur, sed per se notum sit. Quauis ergo ex infinitate Dei possint à priori ostendi diuina origines nostro intelligendi modo, quia ex eo quod natura diuina est infinita, intelligimus eam esse diuine generationis principium, à qua generatione Patris & Filij agnitionem capimus; tamen si naturam ipsam diuinam cum Patre, aut Filio conferamus, nihil tam est per se notum, quàm quod Pater sit Deus, & quod Filius sit Deus; sicut quod Petrus sit homo. Et idem dicendum de processione Spiritus Sancti, quæ ostenditur quasi à priori ex eo quod voluntas diuina, & natura infinita est. Sed si eadē natura in Spiritu Sancto consideretur, vt propria eius quidditas, nihil magis est per se notum, quàm quod Spiritus Sanctus sit Deus.

Sed vt de prænotionibus propositis explicatiùs differamus, illa quæstio est in medium afferenda, sitne per se notum principium, Deum esse? ea enim dicuntur per se nota principia, quæ quis negare quidem possit verbo tenus, sed assensu, & mēte negare nō possit, vt ait Arist. lib. de intellig. cap. 1. & idem docet 4.

C Metaphy. tex. 9. & 1. Posteriorum tex. 5. & ultimo; quod scilicet non contingat cogitare cum assensu oppositum eius, quod est per se notum; idēque demonstratione ostendi non possit, cum sit demonstrationis principium; oritur enim demonstratio ex per se notis. Sunt autē principia quædam omnibus per se nota; quædam verò per se nota sapientibus, vt ait Boetius libr. de hebdomadibus, quod hoc loco attendendum est. De hac re S. Tho. 1. p. q. 2. art. 1. & in 1. d. 3. q. 1. art. 2. & 1. contra. c. 10. & 11. de potentia q. 7. art. 2. ad 11. & de Verit. q. 10. art. 2.

D Sæctus Anselmus ergo lib. Monolog. Ex ea nominis Dei intelligentia, quod Deus est id, quo melius cogitari nō possit; quia id quod cogitatur existens, melius est, quàm si non existens cogitetur; in ipsa nominis interpretatione inesse existimauit, vt per se notum sit Deum esse; quia id, quo melius cogitari nō potest, non esse cogitari non potest. Quod idem videtur sentire S. Ioannes Damascen. lib. 1. fidei orthodox. cap. 1. Cunctis cognitio, quod Deus sit, ab ipso naturaliter

Quæ sit propositio per se nota secundum se.

Arist.

Boetius.

S. Thom.

D Anselm.

Damasc.

liter insita est, atque ingenta. Quare etiam omnes omnium nationum homines dicunt, Deus videt, donet Deus, ut obseruat Tertullianus in apologet. contra gentes cap. 17. & subiicit elegantissimam exclamationem! *O testimonium anime naturaliter Christiana*, Christianum naturaliter appellans eum, qui naturali ratione Deum esse agnoscit. Et Cicero de natura Deorum lib. ait hanc esse naturæ informationem, seu naturalem conceptionem omnium.

Tertull.

Cicero.

9.

S. Thom. Deum esse, non est per se notum nobis.

Ostenditur, & simul occurritur obiectis.

Primò.

Secundò.

Tertiò.

Arist.

Auicenna.

10.

Non conuincitur oppositum ex interpretatione S. Anselmi.

Probatur. 1.

Probatur 2.

S. Thom.

Oppositam sententiam cum S. Doctore amplectimur, quam optimè disputat 1. contra gentes cap. 1. docetque imprimis ea, quæ à natiuitate accepimus, quasi à natura nos habere; ideòque plurimis accidere, ut credant à natura insitam esse notitiam Dei, quia vsu, & consuetudine ducti hoc ipsum omnes concipimus. Sed neque id per se notum est, quod est notum omnibus naturali notitia; sunt enim quædam notissima per effectus suos, quæ notitia naturalis est: & tamen quod est per effectum notum non dicitur per se notum. Deinde verò illud est certissimum, quod Deus ex natura sua est maximè notus, sicut est primum ens, & prima veritas, à qua dimanat omnis notitia: cum ergo Deus sit suum esse, nihil est notius ex natura sua, quam Deum esse. Ea autem quæ sunt natura notiora, sunt nobis minus nota. 2. Metaphys. tex. 1. maximè autem natura diuina est nobis ignota, quia quod quid est Deus non possumus capere, ut superius docuimus: ideòque Deum esse non est nobis per se notum, etsi natura ipsa rei nihil sit notius. Et hanc sententiam tenuit Auicenna apud S. Thomam in 1. d. 3. q. 1. art. 2.

Igitur illud primum liquet non esse omnibus per se notum, Deum esse; nam ea nominis interpretatio, quam S. Anselm. affert, solis sapientibus placet: & ideò dixit inspiens, non est Deus. Quod si nomen, Deus, ita interpreteris, ut vult S. Anselmus, apud eum tamè, qui negat Deum esse, nihil adhuc efficies; quia non persuadebis eam esse nominis interpretationem, nisi demonstratione aliqua utaris; quod verò demonstratur, non est per se notum. Imò etsi hæc nominis interpretatio constet, adhuc non est per se notum, Deum esse, quod argutè S. Thomas animaduertit 1. contra gentes cap.

10. & 11. Nam per hanc nominis interpretationem, Deus in mente intelligentis erit id, quo melius cogitari non potest, & erit existens in mente, hoc est, cogitabitur existens: sed quòd hoc ipsum existens non solum sit in mente, hoc est, cogitetur; sed quòd in rerum natura sit, non est per se notum, quod Thomas Caietan. ad 1. partem in comment. declarat, ut sit in actu exercito; sed clariùs dictum fuerat à S. Thoma, quòd sit in rerum natura; hoc est, quòd non solum cogitetur esse, sed quòd re ipsa existat. Exemplo rem illustrabimus, chimæra enim definitio est, quòd sit animal concretum ex varijs partibus aliorum animantium; sed hæc ipsa definitio est rei commentitiæ, quæ non est ens; ita quoque esto sit definitio Dei, seu nominis interpretatio ea, quam ponit S. Anselmus, inque ea definitione contineatur Deum existere; adhuc est ignotum, an res ipsa definita sit verum ens, an fictitium, & nullum ens. Aliàs eodem argumento probaremus per se notum esse, quòd Spiritus Sanctus sit; quæ tamen veritas non est à natura insita, neque per se nota; sed supra naturam, & per fidem obscuram à fidelibus percepta. Probatur, nam interpretatio nominis, Spiritus Sanctus, est quòd sit diuina persona, & illud optimum quo melius cogitari non potest; ergo per se notum est Spiritum Sanctum esse. Dicendum igitur est quòd natura sua nihil notius, nobis verò nihil magis occultum.

Superest dubium in verbis S. Thomæ 1. p. q. 2. art. 1. ait enim esse propositionem per se notam, Deus est. Et idem repetit de Potent. q. 7. ar. 2. ad 11. Nam etsi concedamus notum per se esse, Deum esse, hoc est, rem ipsam & naturam, Deitatis per se existentem, notissimam natura esse: propositionem tamen per se notam esse negat Ioan. Scot. in 1. d. 3. q. 2. Si enim nomine propositionis per se notæ, intelligit S. Thomas rem significatam per propositionem, scilicet Deum ipsum, nimis improprie loquitur. Si verò propositionem formaliter accipit pro enunciatione voce, aut mente expressa, quæ constat subiecto & prædicato; de ea non est iudicandum secundum naturam rei significatæ, sed secundum nominum significationem, & interpretationem: quibus explicatis, si propositio est per se nota, etiam nobis est per se nota; nos enim ipsi

Caiet.

Declaratur exemplo.

Probatur 3.

11. S. Thom. ait propositionem, Deus est, esse per se notam.

Scotus impugnat.

ipsi nomina explicamus.

12.

Admittitur in
interpretatio no-
minis, Deus, à
S. Anselmo po-
sita.

Ad hæc dicimus S. Thomam nō fuisse improprie loquutum, sed de propositione formaliter fecisse mentionem; cōcedimusque etiam nostram debere esse nominum explicationem, vt terminis explicatis sit per se nota propositio, & ponimus eam interpretationem nominis, Deus, quam ponit S. Anselmus.

13.

Ea propositio
non est per se
nota nobis via
oribus.

Notandum ergo est, vt modò disse- rebamus, quòd adhibita ea nominis in- terpretatione adhuc nobis est ignotū, an res sic definita sit commentitia, & nulla res sit. Hoc autem accidit nobis phantasma corporeum speculantibus, dum intelligimus. Si autem Deus infor- maret nostrā mentem ea notitia, & spe- ciebus ijs quibus apertè, & clarè intel- ligeremus Deum sic definitum non esse rem fictitiam, propositio redderetur no- bis per se nota; explicatis terminis se- cundum propriam nominum significa- tionem, vt nota est beatis: quod exem- plum Beatorum affert S. Thomas. Sed in Christo Domino est aliud rei accom- modatius; nam per scientiā infusam dis- tinctis conceptibus apprehendit Deum esse, quoniam potest vti distinctis con- ceptibus conuertendo se ad phantasma, vt Tomo tertio dicemus; & ideo iuxta nominum significationes Deum esse apprehendit, & absque demonstra- tione intelligit hoc esse per se notum, & esse principium primum absque demon- stratiuo medio; quia terminorum explicationem euidentem habet per sci- entiam inditam.

Beatis maxi-
mè, & Christo
Domino per
scientiam in-
fusam.

14.

Idem dicendū
de hac, Spiri-
tus Sanctus ex-
istit, seu est
Deus.

Similiter videtur dicendum de Spiri- ritu Sancto. Nam Beati, qui intuentur Spiritum Sanctum esse Deum, dum ex- tra visionem Deitatis proferunt verba de Spiritu Sancto voce, aut mēte, intel- ligunt euidenter absque discursu, Spiri- tum Sanctum existere. Et est idem ex- emplam de scientia indita animæ Chris- ti Domini. Et ita extra verbum est illis propositio per se nota, Spiritum San- ctum esse Deum; & Spiritum Sanctum existere.

15.

Scotus sibi re-
pugnat.
Quomodo in-
terpretetur no-
men, Deus.

Atqui Ioannes Scotus manifestò si- bi repugnat cum aliquibus recentiori- bus, qui ei adhærent: dum enim opinan- tur aliàs nomen, Deus, significare natu- ram Deitatis, non prout à nobis intel- ligitur, sed prout in se est, contra eun- dem S. Thomam; consequens erat vt

A assererent propositionem, Deus est, esse per se notam, scilicet quia nomē, Deus, significat iuxta illorum opinionē quod quid est Deus, vt lib. 5. videbimus. Nos verò dicimus propositionem per se no- tam esse, Deus est: Et ad hoc satis est, quod nomine Dei intelligamus, cum S. Anselm. id quo melius excogitari nihil potest. Eadem ratione est per se nota propositio, Spiritus Sāctus est; nam no- mine Spiritus Sancti intelligimus per- sonam diuinam, & ipsum Deū, quo me- lius excogitari nihil potest. De hac re disputant Thom. Caiet. 1. p. q. 2. art. 1. Et lib. 1. Poster. cap. 3. Dominicus de Soto ibi q. 2. ad 9. Francisc. Ferrar. lib. 1. contra gentes cap. 11. Durandus in 1. d. 3. q. 3. Richardus de Mediavilla eadem d. q. 2. Heruæus ibidem, & alij, qui partes S. Thomæ tuentur.

Caet.
Sotus
Ferrar.
Durand.
Richard.
Heruæus.

C A P V T. IX.

*Per nullam cognitionem naturalem po-
test euidenter ostendi, Spiritum
Sanctum esse Deum.*

O Ccasione prænotionū de Spiritu Sācto, oportet venire in quæstio- nem consuetam, sitnè intellectui crea- to, etiam Angelico, naturaliter notum Spiritum Sanctum esse Deum? Natura- liter notum dicimus id, quod naturali rationis ductu, Deo non reuelante, in- uestigari potest. Postea tractabimus, qua ratione Deus nobis hoc arcanum possit detegere? Et illud simul, vtrum accepta iā fide Trinitatis inueniri pos- sit vera demonstratio de Trinitate?

1.

Ad quæstionem igitur propositam respōdemus negando, quòd ratione na- turali possit deprehendi Trinitas diui- narum personarum. Negatio verò ista probatur ex cap. præcedenti; nam cum quod quid est diuinarum personarum ignoremus, superest vt per effectus so- los nobis possint innotescere diuinæ personæ; sed nullus effectus ostendit proprietates personarum, sed solam na- turam: ergo nulla cognitione naturali possunt apprehendi, aut attingi diuinæ personæ; omnes enim res creatæ referū- tur ad vnitatē principij, quod est natu- ra diuina; Deus enim, vt Deus est, est re- rū pricipiū, & origo; eamq; vnit atē di- uinæ naturæ imitantur res singulæ in sua

2.
Conclusio.

Res creatæ nō
discernūt per-
sonas diuinas,
sed referuntur
ad vnitatē prin-
cipij, eamq; sin-
gulæ imitan-
tur.

vnitatē

Probatur 1.
Conc. Ephef.

vnitate. Et hoc quidem in Concilijs definitum est, nam in Ephesino Actior. cap. 7. decernitur opus esse totius Trinitatis, quicquid singulis personis ascribitur. Et cap. 8. nō esse separatam Trinitatis efficaciam. Et in Cōcil. Tolet. 1. 1. in Professio: fidei, diuinas personas inseparabiles esse, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt; ergo nulla operatio, quæ extra Deum eluceat, potest personas discernere. Hoc argumento vtitur S. Ioānes Damasc. lib. 1. Fidei Orthod. cap. 19. vbi asserit trium personarū operationem esse vnā; ratione autem naturali cōprehendi solam vnitatem operationis, nō Trinitatem personarū operationum. *Vna est prosilitio, & motus triū personarum, quod quidem increata natura conspiciere impossibile est. Quoniam diuina effulgentia, & operatio vna substantia est, & simplex, & impartibilis, & boniformiter in rebus partibilibus variata; atque omnibus, quæ propriam constituunt naturam largiens, simplex manet.* Effulgentiā vocat ipsam operationem diuinam internam quæ per opera cætera effulget, quæ actio est ipsa diuina substantia, vt cum S. Thom. aliās explicabimus: hāc ait boniformiter variari in rebus partibilibus, id est, seruare suam vnitatem formæ qua est vnum bonum, etsi variè ad res creatas, & partibiles dimanet; semperque manere in sua simplicitate. Vnde ex nullo numero rerum creatarum potest ostendi numerus in causa prima; sed vnitas, & simplicitas, quia operatio, & potestas est simplex, & vna. Et cōfirmatur, quia res conditæ nō emanant à Deo, vt est quid relatiuum; sed vt est quid absolutū, scilicet, ab eius potentia operante; ergo ex his nullo modo deducitur Deum esse Patrem, aut Filium, quæ sunt relatiua.

Conc. Tolet.

Damasc.

Explicatur Damasc.

Confirmatur.

Omnipotētia res absoluta.

3.
Probatur 2.

Suppositū incommunicabile.

Secundò probatur quoniam effectus non ostendit causam secundū id in quo à causa distinguitur, sed secundum id in quo conuenit, & secundum quod cum causa communicat: in agente autem est aliquod principium communicationis, scilicet natura, & forma; Et aliquod principium incommunicationis (vt ita dicam) & distinctionis, quod est incommunicabile, scilicet, suppositum: ergo per diuina effecta nō possumus naturaliter cognoscere supposita diuina, quæ nobis non communicantur; sed duntaxat naturam, quæ est ratio, & causa communicandi diuina.

A

Tertia ratio sumitur ex analogia, quā noster intellectus necessariò obseruat inter Deū, & creaturas; Vbi enim quod quid est ignoratur, necesse est p cōmunia rē definire: Vnde ōnia nomina, quæ naturalis ratio Deo attribuit, analogæ sūt. Nam in ipsis attributis, quæ sunt quasi Deitatis affectiones propriæ, etiā ignoratur quod quid est; verbi gratia, dicimus Deum sapientem, sed id, quod est sapientia in Deo, ignoramus; ideoq; per cōmunia simul coniuncta cū negationibus proprijs Deo eam describimus, vt quòd sit sapiētia increata, &c. Sed ex ijs quæ Deo, & nobis sunt cōmunia, nulla potest oriri Trinitatis personarū notio: neque verò ex negationibus proprijs Deo, quæ remouent imperfectiones creatas, sed non ponūt aliquid proprium Deo; ergo nulla potest in nobis Trinitatis notio reperiri ex vi naturali rationis. Nam in rebus creatis distinctio suppositi distinctionē affert naturæ, & pluralitas rerum omninò repugnat vnus, & eiusdem rei simplicitati; multitudo enim rerū tollit vnitatē; quòd si in vnum cōueniat, facit cōpositionem: at verò Trinitas est vna natura in tribus personis, & res vna, & res tres absque vlla cōpositione. Denique nihil est, quod fides, ac Theologia tradat in tota disputatione hac, quod non longè superet captum naturalis rationis, aut quod habeat in rebus creatis exemplum, & similitudinem.

B

C

D

Quartò probatur hæc veritas, quoniā ratione naturali ostēditur vnitas Deitatis, & quòd Deus sit substātia indiuidua; sed indiuidua substātia in rebus creatis nihil differt à supposito: ergo impossibile est, quod naturalis ratio in indiuidua natura subsistere agnoscat tria supposita; quod videtur repugnare definitioni suppositi, atq; ad eò primis cōceptionibus intellectus nostri. Et quidē in natura Deitatis nō repugnat hoc; sed tamen si sequamur cōmunē intelligētiā suppositi, & naturæ, seu substātiæ, nihil magis videtur repugnare; tātū abest, vt ad hoc ratio naturalis inducat. Nam vbi remouetur principium cognitionis, quod est definitio, & cōmunis intelligētia, necesse est cognitionē omnē remoueri; definitio verò suppositi vulgata non conuenit diuinis personis, nisi cum quadam moderatio-

4.
Probatur 3.
Omnia nomina quæ naturalis ratio Deo attribuit analogæ sunt, & cōmunia coniuncta cum negationibus Deo proprijs.

Trinitas res vna, & res tres absque vlla cōpositione: Nō sic res vlla creata.

5.
Probatur 4.

Cōmunis definitio & conceptio suppositi non conuenit suppositis diuinis, nisi cū quadam moderatione.

6. Probat 5. De Sp. Scto. In creatis quod per dilectio- nem proce- dat amor, et Angelis eui- dens, no nobis

7. Probat 6.

1. Cort. 13.

Cognitio na- turalis euides que scientiam parit, fide euacuat.

Hebra. 11.

Confirmatur.

8.

7. Probat 7. ex facris literis.

Matth. 11.

Explicatur.

Matth. 16.

moderatione, vt quarto lib. docebimus. Quinto, de Spiritu Sancto est ratio specialis, tum quia saltè in nobis nō est euidens, quod per dilectionē procedat amor (quod tamen arbitror Angelis esse notam cum sit veritas naturalis) tum verò quia ipsis Angelis non potest esse euidēs secūda naturę substāialis cōmunicatio, quæ est processio amoris post generationē Verbi, imò neq; distinctio inter vtranque, vt infrā explicabimus.

Denique ex opposita sententia consequēs est quod in vita mortali euacuetur fides de mysterio Trinitatis, contra illud Pauli 1. Corinth. 13. *Cum venerit quod perfectum est, idest, aperta Deitatis visio, euacuabitur quod ex parte est, idest, obscura eiusdē cognitio.* Et probatur consecrarium, quoniam cognitio naturalis euidens, quæ scientiam parit, fidem euacuat, seu actum fidei repellit: Christianus enim vir, qui philosophica demonstratione discit Deum esse, & esse vnum, iam hæc non credit, sed euidētèr scit; ergo si potest sciri euidētèr mysterium Trinitatis, iam nō erit fidei, sed scientiæ cognitio; cetera etiam mysteria poterūt cognitione naturali attingi, cū faciliora sint cognitu; & desinet aliquis credere absq; crimine; imò erit Deo gratus sine fide, quæ est hæresis à Paulo damnata, Hebræor. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Probat, nam gratia non amittitur sine crimine; cessante ergo fide in hac vita propter cognitionem euidentem, manebit gratia, & placebit aliquis Deo sine fide, quod est impossibile. Sanè si ratio naturalis suppeteret ad hoc mysterium persuadēdū, haud dubium quin ab Apostolis adhibenda, & collustranda fuisset in re adeò difficili. At verò ante fidei prædicationē nulla nobis vel leuis suspicio de Trinitate diuinarum personarum potest à natura inesse, vt cap. sequēti disputabimus inter soluenda argumenta.

CONFIRMATIO.

Supere est vt doctrinā hanc auctoritate firmemus, quod est proprium argumentum Theologum. Et imprimis probatur ex facris literis: ex illo Matth. 11. *Patrem nemo nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Nemo, idest, nulla persona, etiam Angelica. Et ex illo, quod dixit Dominus Petro, Matth. 16. *Beatus es Simon Barjona, quia caro,*

A *& sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus.* Si ergo natiuitas filij ostensione diuina indiget, multò magis processio Spiritus Sancti, quæ est secunda, & obscurior, cognitaq; difficilior. Ad mysterium hoc Trinitatis referenda sunt illa verba Ioan. ca. 3. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodò si dixerovobis celestia credetis? Quia Nicodemus nō adhibebat plenam fidem ijs, quæ Dominus de baptismo proponebat; si mysteria (inquit) gratiæ non agnoscitis, quæ sunt diuina opera, quomodò capietis quæ sunt propria naturæ Deitatis? erat enim Dñs facturus mentionē de Spiritu Sancto in baptismo. Et hoc argumētū est efficac ad probandā nostram cōclusionē, nam mysteria gratiæ non possunt cognosci euidētèr naturali cognitione, quod asserit planè Apostolus 1. Cor. 2. *Loquimur Dei sapiētia in mysterio, quæ abscondita est, quæ prædistinguit Deus ante secula in gloriā nostrā.* Vbi de mysterijs gratiæ, & maximè de incarnatione Verbi disserit. Et ibidē. *Quā nemo Principum huius seculi cognouit; Dæmones intelligit, qui dicuntur mundi Principes. Et de ijs mysterijs subdit. Oculus nō vidit neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illū.* Quod est de gratiæ donis interpretādum. Ergo multò minùs potest cōcipi naturali, & euidēti ratione mysteriū Trinitatis, quod est multò lōgius ab omni cognitione remotū. Et de Angelis loquitur Paulus, siuè de Beatis, siuè de Dæmonibus meliùs explices Eph. c. 3. *vt innotescat principibus, & potestatibus, in celestibus, hoc est, in aere demorantibus, per Ecclesiā multiformis sapientia Dei.* Quia ipsi de rebus, quæ sūt supra naturā, cognitionē à nobis accipiūt; dū ea nobis per fidei prædicationē ostēduntur, quæ naturalē rationē superāt. Doctrina est S. Th. effectus supernaturales non posse naturalitèr cognosci, 2. 2. q. 178. & 1. p. q. 1. ar. 7. in quē doctèr cōmētatur Domin. Bañes. Et in hoc sēsu ferè omnes Patres accipiunt illud Ioan. c. 1. *Deum nemo vidit vnquā, Vnigenitus filius qui est in sinu Patris ipse reuelauit.* Vt explicatio sit præcedentis sentētiæ. *Veritas per Iesū Christū facta est.* Quasi apertè dicat, velamina illa, quæ tegebāt Moyse legale ministerium, exigebant vt ipse Vnigenitus qui Patrem nouit*

Secunda processio obscurior.

Ioan. 3.

Explicatur.

Mysteria gratiæ nō possūt cognosci euidētèr naturali cognitione,

Cor. 2.

Ephes.

Cognitionem de rebus quæ sunt supra naturam Dæmones à nobis accipiunt.

S. Thom.

Bañes.

Ioann. 1.

ex facie, mysteria hæc nobis aperiret, vt veritas succederet rerū vmbri, & inuolucris; hæc enim congruitas ijs verbis indicatur, vt Deus ipse homo factus, is esset, qui mysteria apertè ostēderet, quæ nullus, nisi Deo ostendente, potest cognoscere.

9.

Hæc tamen testimonia non probant manifestè, & expressis verbis assertionē nostram; possunt enim explicari de ostensione per fidem, quæ est cum assensu nostro; & vt præbeatur, sicut oportet, assensus iste fidei, requiritur gratia Spiritus Sancti, & interna illuminatio; de qua re sunt sacra testimonia intelligenda.

Conclusionē negantes non hæresis, sed manifesti erroris in rebus fidei cōuincuntur.

Probatur 1.

Probatur 2.

Probatur 3.

10.
Cōclusio cōfirmatur 8. ex Patribus, & Scholasticis.
S. Dionys.
S. Athan.
S. Basil.
S. Hilar.
S. Cyrill.
S. Ambr.
S. August.
S. Bernard.
S. August.
S. Thom.

Quare eos, qui positioni nostræ repugnant, non audeo damnare hæresis, vt faciunt Recentiores scholastici. Sed proculdubio cōuincuntur manifesti erroris in rebus fidei, & nihil hæresi vicinius, quā quod quis asserat fidei mysteria, & istud præsertim, quod est maximè arcanū, posse attingi naturali ratione euidēti. Quod enim quis euidētè nouit, nouit infallibilitè, & apprimè, atque optimè; quid ergo necessaria gratia, vbi tantum præstat natura? Sanè vbi est naturalis cognitio, est etiam cōnaturalis affectio; non enim est supra naturam appetentis partis, quod nō est supra naturam intellectus; igitur si mysteria gratiæ sunt nota per lumen naturæ, possunt etiam esse per naturam volūtatis accepta, scilicet, vt naturalitèr appetamus bona diuina ostensa, & aperta, & speremus, & diligamus per naturā, quæ est manifesta hæresis. Deinde illud, quod euidētè nouimus, simpliciter dicimus nosse, & reuelatum nobis esse; ergo si secundum naturam euidētèr nouimus mysterium Trinitatis, caro, & sanguis nobis reuelat, idest, humana natiuitas.

Confirmatur Patrum consensu; videlicet ita affirmant S. Dionys. de diuinis nominibus cap. 1. S. Athanas. Epistola ad Serapionem, 2. Basilii lib. 1. cōtra Eunomium. S. Hilarius in libris de Trinitate, & S. Cyrillus in Thesauro, S. Ambr. S. Augustinus, S. Bernardus locis recitatis, & alij plerique Patres. Rectè verò S. Augustinus tractatu 27. in Iohannem admonet, quod per fidem quidē in Dei cognitionem venimus, sed non per cognitionem ad fidem. Idem sentit S. Thomas de Veritate, q. 10. art. 13. & 1. contra gentes cap. 7. & 1. p. q. 32. art.

A 1. & lib. 1. sent. d. 2. & 3. Idem affirmat Alex. Alenf. 1. p. q. 2. in principio art. 3. & Durandus q. 1. Prologi, Ioannes Scotus quodlib. 14. art. 1. S. Bonauentura in 1. d. 3. q. 4. Eaque est scholasticorum vna consensio. Alex. Alenf. Durand. Scot. S. Bonauent.

CAPVT. X.

Argumenta à Philosophia petita refelluntur.

SVperest, vt refellamus argumenta philosophica, quibus nostra sententia impugnatur; arguitur enim sic. Primò, cōmunis animi conceptio est, quòd diuiso supposito, seu persona, diuiditur quoque quidditas, & natura, ita vt vnus naturæ vnus sit suppositum; igitur nisi ab hoc cōmuni intellectu excipiat diuina natura, falsa est illa cōmunis animi conceptio; quod non videtur dicendum, scilicet, cognitionem naturalē esse falsam, cū Deus sit Auctor naturæ: necesse est ergo, vt ipsa ratio naturalis ostendat exceptionem naturæ diuinæ, quæ potest esse in pluribus suppositis indiuisa; aliàs ratio naturalis falsi conuincitur. Et confirmatur quia nos soluimus euidētèr argumenta contraria; ergo euidētèr ostendimus assertionem fidei: quod enim euidens est non esse falsum, euidens est esse verum.

BSecundò, in rebus creatis inuenitur vestigium, & imago Trinitatis; ex vestigio autem, & multò meliùs ex imagine rem ipsam cognoscimus; ergo naturali cognitione ex rebus ipsis possumus in cognitionem Trinitatis deuenire. Quòd autem in rebus creatis sit vestigium, & imago Trinitatis, communiter docent Patres. S. verò Augustinus 15. de Trinitate cap. 6. hoc argumentum proponit; cum enim quæreret, quare Trinitatem nō liceat videre, cum etiam in sensu nostro eius imaginem geramus, sic inquit. *Quòd si ita est, perfectio aut inuisibilia eius, per ea quæ facta sunt, nulla intellecta conspiciamus; aut si illa conspiciamus, non in eis conspiciamus Trinitatem; & est illic quod conspiciamus, est quod non conspectum credere debeamus.* Quibus verbis hoc vertit in dubium, scilicet, quare per hæc imaginē nō cognoscamus Trinitatē, sicut & ex alijs rebus creatis inuisibilia Dei cognoscimus.

Tertiò,

3. Tertio, quod natura contrahatur ad suppositum, est quaedam imperfectio; & est quaedam perfectio naturae, quod in pluribus suppositis reperitur: sed ratio naturalis remouet à Deo omnem imperfectiōem, & omnem perfectiōem illi tribuit; ergo potest naturali ratione probari Deitatem in pluribus suppositis cū vnitate substantiae reperiri.

4. Quarto, consortium est maxima quaedam felicitas, & perfectio; id autem dicitur esse solum, quod non habet in natura sua consortem; ergo Beatissima, summæque Deitati debet etiam hoc ratio naturalis tribuere, vt sint distincta supposita eiusdem Deitatis, inter quæ sit consortium, & societas. Vnde Richardus lib. 9. de Trinitate in initio ait, Deum non esse beatum sine consortio.

Richard.

5. Quinto, omnem inæqualitatem præcedit æqualitas; idem quod positium est, præcedit priuationem, seu formam, quæ ad priuationem reducitur; vt brutum habet quidem formam, sed quæ explicatur per priuationem, scilicet irrationale: positium autem præcedit priuationem, & formam, quæ priuatione significatur; præcedit, inquam, vel natura, vel saltem dignitate; sicut homo præcedit cetera animantia irrationalia: ergo æqualitas, quod est positium, antecedit inæqualitatem vt priuationem quid: æqualitas autem non reperitur eiusdem ad se, sed inter res distinctas: ergo in ente, quod est omnium primum dignitate, & natura, necesse est, vt præcedat æqualitas; sed non est ibi æqualitas inter distinctas naturas; ergo est inter distincta supposita. Alia argumenta sunt à processione diuina, quibus probatur naturaliter esse notam; sed sunt libr. 2. asserenda; & nonnulla etiam in cap. 12. seruamus; quia specialem continent difficultatem ad illud caput reuocandam.

ADVERTENDA.

6. Nilominus asserendum est naturali ratiocinatione nullo modo Trinitatem personarum ostendi; nō solum, inquam, non ostendi euidenter, vt supra definitum est: Sed neque deprehēdi posse, aut in opinionem, suspiciōemve incidere nisi ex prædicatione fidei diuinæ: S. Thomas p. 1. q. 32. art. 1. absolutè negat cognitionem Trinitatis posse à na-

Trinitatem ne in opinionem quidem, suspiciōemve incidere, nisi ex prædicatione fidei diuinæ.
S. Thom.

A naturali ratione proficisci; & argumentū ipsam, quod affert, assertionem ita confirmat, vt de omni cognitione, etiam obscura, & imperfecta explicandum sit; quia ab operibus Dei sola vnitas naturæ significatur, & non Trinitas personarū. Neque hoc opus est probare nouis argumentis, cum satis ostensum sit quā longè absit hoc mysterium à ratione naturali, quod etiam in soluentis argumentis erit magis perspicuum. Et ita censent Alexander Alens. prima part. quæstion. 2. memb. 1. artic. tert.

Ratio.

B Et Ioannes Scotus quodlib. 14. art. 1. ac Durand. q. 1. Prologi. Observandum tamen est ex S. Thom. eo loco in solutione ad secund. quod ad ostendendam aliquam veritatem, duplici genere argumētationis vt possumus; vel eo, quod ostendat rem aliquam esse; vel eo, quod duntaxat tueatur non posse conuinci oppositum. Illud primum genus argumētationis re ipsam ostendit; hoc secundum ponit prius rem esse, & partes huius positionis tuetur: nam & ex hoc quod non conuincitur positionem esse falsam, ostenditur positionis, seu assertionis verisimilitudo. Ita Astrologi affirmant omnem motum astrorū, qui sensu cernitur, posse constare cum positione illius sententiæ, quæ ponit excentrica, & Epyciela. Ita & nos ponimus, seu asserimus Trinitatem esse, & ea omnia affirmamus, quæ ratio naturalis ostendit posse constare cum hac fidei positione; non tamen probamus euidenter Trinitatem esse. Et ita forsan potest explicari Richardus de S. Vict. lib. 1. de Trinitate cap. 4. vbi ait.

Alex. Alens.

Scotus.

Durand.

S. Thom.

Duplex genus argumētationis.

Ex eo quod nō conuincitur assertionem esse falsam ostenditur illius verisimilitudo.

Richard.

Explicatur.

Credo sine dubio, quoniam ad quorumlibet explanationem, quæ necesse est esse, non modò probabilia, imò etiam necessaria argumenta non desint, quantum illa interim contingat nostram industriam latere. Et infra. Videtur autem omninò impossibile omne necessarium non esse, necessariæque ratione carere. Sed sane Richard. videtur significare proprias rerum diuinarum rationes posse humana industria inuestigari; & alij hoc ipsum asseuerant, vt refert Durandus libr. 1. sentent. d. 2. q. 4. Quod cap. precedenti refutatum iam est.

D Illud etiam notauerim cum S. Thom. eos, qui nituntur probare Trinitatem personarū ratione naturali derogare fidei diuinæ;

Ex eo quod nō conuincitur assertionem esse falsam ostenditur illius verisimilitudo.

Richard.

Explicatur.

8.

Fidei diuinæ

rogare eos, qui naturali ratio-

ne personarū

Trinitatem pro-

bare nituntur,

diuinæ; tum quoniam fides est de ijs, quæ rationem naturalem superant: igitur dignitatem eius imminuunt, qui profitentur ratione naturali mysteria fidei se capere, aut attingere: tum etiam, quia certè eæ probationes infirmæ sunt, quibus si velimus inducere infideles, indociles, magisque contumaces reddemus; & arbitrabuntur nos potius desipere, qui rationibus parum efficacibus ducti, assensum præbeamus rebus adeò arduis, & diuinis: igitur eæ rationes fidei quidem semel susceptæ seruiunt, & vtilis sunt, sed apud infideles non faciunt fidem. Quod autem Philosophi de Trinitate aliqua dixerint, ea ex parte huic veritati fidem conciliant, nõ quod Philosophi consequuti disputando sint talem cognitionem; sed quod maximè antiquitùs traditam acceperint. Nam veritas antiquitate commendatur, vt cap. sequenti dicemus.

Philosophorum dicta de Trinitate solù probante antiquitùs traditam.

9.

Illud etiam expendendum est, quod argumeta diluuntur vel negatione præmissarum, vel consequentiæ; ea autem quæ in bona consequentia assumuntur contra fidei documenta, oportet esse falsa; cum verò assumuntur vera, necesse est in consequentia vitium subesse, vt in altero, aut in vtroque sit defectus. Cum ergo contra fidem Trinitatis assumuntur falsa, quæ tamen rebus creatis sunt consentanea, possunt quidem negari à nobis, sed non est necesse ostendi euidentèr, quod sint falsa. Quare vt illa probentur, necesse est, vt alia assumantur, de quibus idem iudicium erit; neganda enim sunt, si consequentia bona sit; verbi gratia, si quis arguat in omni processione substantiali inueniri nouam existentiam communicatam procedenti; nego id in rebus diuinis, in quibus existentia est æterna. Aliud ergo assumptum excogitandum est ad probandum quod etiam in rebus diuinis illud necessarium sit. Quod si consequentia sit bona qua impugnatur fides Trinitatis, assumptum oportet sit falsum, & negandum est: Hoc autem satis est, vt euidentèr diluatur argumentum, si quidem arguens in re proposita non assumit euidentèr principium. Nam si illud nõ est euidentèr principium, euidentèr est me probabiliter contraire, ita vt nõ vincat argumento: & hoc est euidentèr soluere; sicut in rebus alijs, quæ non sunt

Exemplum.

A dogmata fidei, accidit me soluere argumentum euidentèr, cum tamen falsa sustineam per ignorantiam, aut data opera. Quare hæc refutatio euidentèr argumetorum, non ostendit vera esse, quæ tueor. Si verò assumptum sit euidentèr, consequentia necessariò peccat, cuius fallaciam euidentèr possum refringere. Sed neque per hoc ostendo verum esse euidentèr, quod credo; nam etsi illud argumentum non conuincat hoc esse falsum, adhuc non est euidentèr, non esse aliud argumentum, quod possit id euincere, quod S. Thomas 1. p. apertè videtur confiteri, & Thomas Caiet. ibidem, ac Ægid. quodlibet. 5. q. 4.

Argumentum euidentèr soluere accidit etiam falsa sustinentem.

Nõ est euidentèr non esse aliud argumentum euincens.

S. Thom.

Caiet.

Ægid.

B

RESPONSIO.

A D primū igitur respondetur negando antecedens, scilicet, esse comunè animi conceptionem, quod vnus naturæ vnus sit suppositum; nisi fortè ex inductione, quia singulæ naturæ in singulis suppositis sunt; ab inductione autem singulorū, nõ eruitur argumetū ad res diuinis; nam similiter probaremus sapientiam diuinam esse quædam habitum inhaerentem, & sic de alijs. Itè euidentèr est per naturale lumen vnā naturam esse vnus habentis naturā; vnde rectè consequitur, quod in natura diuina sit vnus subsistens, scilicet, Deus: Sed quod in natura vna id vnū, quod habet naturam, sit etiam incōmunicabile (in quo completur ratio suppositi) nullo pacto est euidentèr per naturæ creatæ rationale lumen, aut discursum rationale. Et ratio est, quia natura quidē vna est vnus; sed quod hoc vnū subsistens nõ possit esse comunè pluribus suppositis creatis, si qua ratione probatur, sanè probatur ex eo quod natura est finita; quod docebitur tomo 4. in ea quæst. vtrum natura creatæ possit esse in pluribus suppositis? & breuiter idē attingemus hoc lib. 1. & adhuc fusiùs lib. 4. Cuius quæst. decisio est, nõ posse naturā creatā esse in pluribus suppositis creatis, & hoc ideo quia finita est. Quæ ratio non habet locū in natura infinita, vt similiter probemus non posse eā esse in pluribus suppositis. Sed nequidē probatur, quod quia est infinita sit in pluribus; nam ex altera parte occurrit alia difficillimæ quæstiones, ita vt ratio naturalis nihil de his cōcludat;

10.

Euidentèr est vnā naturam esse vnus subsistens, siue hoc incommunicabile sit, siue communicabile, vt Deus.

Ratio naturalis non probat naturā infinitā nõ posse esse in pluribus suppositis; neque concludit posse in illis esse.

dat; Et quòd hæc sint Theologo necessariò concedenda, argumentù euincit; nam si ratio naturalis ostēderet id, quod habet naturam, in quantum est vnum, esse etiam incommunicabile, restè concluderetur, quòd Deus, qui est vnus in natura, sit suppositum vnum, & incommunicabile; atque adeò ratio naturalis falsum proponeret. Negamus igitur esse naturalitèr notum, quòd vnus naturæ vnū sit suppositum, nisi solū inductione in naturis creatis, aut simili aliquo argumento de natura creata ostendente duntaxat: vnde non possumus manuduci ad diuina, neque vt asseramus vnum suppositum, neque vt plura; sed dū creatura rationalis cogitat Deū esse vnum suppositum, fallitur præsumens iudicare de ijs de quibus non potest. Si verò cogitat esse plura, casu, & sine ratione iudicat id, quod verum est. Ad confirmationem iam responsum est in aduertendis, euidentem solutionem argumentorum non probare assertum esse verum.

11.

Ad secundum respondetur, quòd nō omnis similitudo deducit ad cognitionem Dei, nisi ea sit, quæ pariat vnum conceptum analogum; quod est necessariò obseruandum. Nam quod quidam aiunt imaginem Trinitatis esse imperfectam; ideòque Trinitatem non exprimere, ita vt ratione naturali innotescat, non dissoluit argumentum; nam ex alijs rebus quæ Deo sunt similes imperfectè, euidentèr tamen colligimus rerum ipsarum diuinarum cognitionē, vt quòd Deus sit sapiens, & iustus. Analogia ergo vnus conceptus necessaria est ad discursum Theologum, vt libr. 5. docebimus; analogia autem Trinitatis non inuenitur in rebus creatis, scilicèt, vt sit vna natura in tribus suppositis; nam si id in creatura inueniremus, & iudicaretur simul aliquid esse perfectionis, firmum esset argumentum in Deo quoque Trinitatem suppositorum esse.

12.

Respondetur secundò, quòd imago, quæ est signum instrumentale (vt aiūt) deducit in cognitionem rei iam antea conspectæ; nam qui solem non vidisset, & depictum intueretur, non intelligeret esse imaginem solis, neque inde suspicaretur esse solem. Licet ergo in rebus creatis sit vestigium, aut imago Tri-

nitatis, ei tamen qui de Trinitate diuina nihil præconcepit, nihil significat. Vide S. Augustin. lib. 15. de Trinitate, vbi descremen assignat inter Trinitatem increatam, & creatam. Et cap. 8. edocet in nobis esse quidem imaginem Trinitatis, sed obscuram. *Transformamur, inquit, de forma in formam, mutamur, atque transimus à forma obscura in formam lucidam*, videturque alludere ad verba Pauli 2. Corinth. cap. 3. *Transformamur à claritate in claritatē*. Itaq; per fidem, & dilectionem est in nobis imago Trinitatis, sed adhuc obscura. Sed cap. 24. apertam solutionem proponit. *Qui ergo, inquit, vident suam mentem, quo pacto videri potest, & in ea Trinitatem istam, scilicèt creatam, & nec tamen eam credunt, vel intelligunt esse imaginem Dei, speculum quidem vident, sed vsque adeo non vident per speculum eum, qui est per speculum nunc vident, vt nec ipsum speculum, quod vident, sciant esse speculum, id est, imaginem*. Et hæc eadem est nostra secunda responsio modò explicata. Et idcirco probè dixit Antisthenes apud Clemēt. Alexand. adhortatione ad gentes, Deū cognosci ex imagine non posse: aut quia imago imperfecta est, aut quia Deus est in se ipso ignotus, etsi imago eius in nobis sit.

Ad tertium respondetur, quòd natura creata, eò quòd est finita, & à supposito distincta, quippe quæ ab eo habet complementum quoddam, quodammodò definitur, & coarctatur, in vno supposito, vt dicemus lib. isto cap. 40. Et quoad hoc concedo propositionem maiorem, scilicèt, notum esse ratione naturali, quòd natura diuina non sit in vno supposito definita, neque ab illo pendeat, quod est imperfectionis; natura enim diuina neque sic cōpleta est, vt à supposito aliquid habeat perfectionis, aut complementi; neque verò definitur à supposito. Quare etsi esset in vno solo supposito, non esset ideò finita, quasi ab illo definiretur; sed ex hac parte bene posset intelligi natura infinita in vno solo supposito. Imò natura nobilior, qualis est Angelica, secundum totam speciē existit in vno supposito, quia in eo habet quicquid perfectionis potest habere, vt S. Thomas docet 1. p. q. 50 art. 4. Verū est quòd species rerū materialium

In nobis est imago Trinitatis, sed obscura.

Quoniam non vident suam mentem, quo pacto videri potest, & in ea Trinitatem istam, scilicèt creatam, & nec tamen eam credunt, vel intelligunt esse imaginem Dei, speculum quidem vident, sed vsque adeo non vident per speculum eum, qui est per speculum nunc vident, vt nec ipsum speculum, quod vident, sciant esse speculum, id est, imaginem.

13.

Notum est ratione naturali quòd natura diuina nō pendeat ab vno supposito quoad perfectionē & complementū, neque ab illo definiatur.

S. Thomæ

Quòd vnus naturæ vnus sit suppositum non est principium naturalitèr notū nisi solū inductione, vel simili argumēto nō colligente in diuinis.

Aliquorū responsio rejicitur.

Analogia vnus conceptus necessaria est ad discursum Theologū.

Imago quæ est signum instrumentale solū deducit in cognitionem rei iam antea cognitæ.

Rationes dux ob quas natura speculativa rerum materialium plura habet supposita, in diuina natura non procedunt

rialium, quia in vno supposito non inuenitur tota perfectio speciei, plura supposita exigunt ad sui ornatum, & perfectionem; quæ tamen ratio non habet locum in diuina natura, quæ est extra materiam. Præterea in rebus materialibus in pluribus suppositis sunt plures naturæ indiuiduæ, quæ plures perfectiones secum afferunt, at verò diuina natura vna est, & indiuidua, eaque perfectiones vniuersas complectitur. Quare nulla ratio naturalis persuadet, vt cogitemus plura esse supposita Deitatis: sed ex arcano quodam infinitatis diuinæ hoc credimus oriri, scilicet, quia sunt origines intra naturam eandem indiuiduam, quod est supra omnem rationem naturalem.

Non est notum naturali ratione quod esse in vno supposito sit imperfectio.

Itaque non est notum ratione naturali, quod esse in vno supposito sit imperfectio, quod erat probandum in maiori propositione?

Idem.

Ad quartum cum S. Thom. 1. part. quæst. 32. artic. prim. ad 2. respondetur, quod boni est gaudere de consortio: & perfecti est nihil indigere consortio. Quod sic est intelligendum, boni est gaudere de consortio, si consortem habeat, ita vt non aspernetur consortem, sed potius diligat, & fruatur consortem; perfecti verò est non indigere consortem, quia perfectum est quod sibi sufficit. Id autem quod consortem indiget, habet in consortem, quod in se desiderat: quare vt docet S. Thomas 1. part. loco citato ad 2.

Perfectum est quod sibi sufficit.

Vnde non sunt plures dii consortes.

perfectum omnino non est. Quare ratione probatur Deum non habere consortem, vt sint duo dii consortes. An verò consortium sit perfectio quædam, & felicitas diuinarum personarum in disputatione Theologica versatur, de qua re lib. 3. differemus. Sed ratio naturalis non ostendit in bono vno, & sufficienti, & perfecto, quod est Deus, necessarium esse consortium. Itaque concedo antecedens, quod consortium in Deo est quædam perfectio, sed ea non est nota ratione naturali, quia in rebus creatis nobis notis perfecti est non indigere consortio, vt diximus.

Verum est quod consortium in Deo est quædam perfectio diuinarum personarum, sed hæc non est ratione naturali nota.

Ad vltimum respondetur, quod in ijs, quæ sunt proprie opposita secundum priuationem, & habitum, habitus seu quod est positium, antecedit priuationem re ipsa, & dignitate: non autem in ijs, quæ sunt improprie sic opposita; in his enim sola ratione positium antecedit priua-

tionem, non autem antecedit dignitate, vel natura; quia id, quod est quasi priuatio, aliquando est perfectionis argumentum, vt infinitum, inæquale, &c. In vnoquoque autem genere nobilissima species est mensura aliarum, quare in hac intelligitur quasi habitus, & in cæteris priuatio, quæ est imperfectio: & ita dicitur irrationalitas imperfectio, & priuatio in brutis: finitum autem, & infinitum non sunt species quantitatis, sed affectiones, sicut par, & impar in numero; quare non est perfectio quantitatis finitum, imò

neque infinitum, quod in quantitate est impossibile: In ente verò finitum, quod est positium, est imperfectio, & infinitum, quod est priuatio, est perfectio summa. Quauis ergo infinitum sit quædam priuatio finiti, non sequitur quod finitum sit prius re ipsa, aut dignitate. Eodem modo dicendum est Deum esse inæqualem cæteris rebus propter excessum infinitum, & ita inæqualitas ista est argumentum perfectionis; quare inæqualitas, etsi quædam priuatio sit, non tamen æqualitas est prior re ipsa, aut dignitate, sed sola ratione est prior; quia ordine cognoscendi, vniuersim habitus antecedit priuationem, etiam in istis, in quibus est improprie priuatio. Et nos quidem prius concipimus res creatas, in quibus inuenitur æqualitas, quæ Deum, in quo est inæqualitas. At verò in intellectu diuino hoc ipsum deprehenditur, quod æqualitas sit ratio cognoscendi inæqualitatem. Et ipsa Deitas est ratio cognoscendi, quod Deus est æqualis sibi; & deinde, quod est inæqualis cæteris rebus. Itaque negatur antecedens quasi naturaliter evidens, quod æqualitas antecedit inæqualitatem dignitate, aut natura, sed sola ratione. At verò S. Thom.

Thomas, addit attributa diuina esse inter se æqualia, & hæc æqualitas prius considerata est ratio cognoscendi inæqualitatem, sed sanè non est realis æqualitas, cum non sit inter res distinctas.

Et hæc quidem dicta sunt à nobis naturali ductu rationis philosophantibus, quia ratio ipsa æqualitatis, & inæqualitatis non conuincit euidenter, quod æqualitas antecedit inæqualitatem; sed bene diuino admonitu confitemur, quod æqualitas diuinarum personarum, vt potè æterna, antecedit inæqualitatem, quæ

In ente finitum quod est positium est imperfectio: & infinitum quod est priuatio est perfectio summa.

Ordine cognoscendi vniuersim habitus antecedit priuationem etiam improprie dictam; non verò ordine dignitatis, aut naturæ.

S. Thom.

7. Diuino admonitu confitemur, quod æqualitas diuinarum personarum antecedit in æqualitatem Dei ad creaturas.

quæ est Dei ad creaturas in tempore. Quod si æqualitas, & inæqualitas consideretur inter res posibles, adhuc æqualitas antecedit, quia in ipsa cogitatione Deitatis prius cognitione occurrunt diuinæ personæ, vt posibles, quam creaturæ. Et ita prima distinctio ordine cognitionis est inter diuinæ personas; & statim sequitur inter illas æqualitas ante inæqualitatem creaturarum cum Deo collatarum.

CAPVT XI.

Obiectiones contra positionem allata ex dictis Ethnicorum refelluntur.

I.

Non immeritò hoc loco afferuntur Philosophorū enūciata, qui mysterium Trinitatis videntur agnouisse, quos refert S. August. lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 23. & lib. 7. confessionum cap. 9. ait, plurimos ex Platonis paucis mutatis verbis Christianos factos, quia nimirum eorum doctrina verbū Dei æternum, & alia dogmata Christiana contineret, vt paucorum verborum in professione fidei fieret immutatio; quod idem asserit lib. 18. cap. 56. & Albertus Magnus lib. de causis testatur multos ex Platonis fuisse Christianos. Et S. Iustinus in Apologia 2. ad Antonium Imperatorem, Trinitatis notitiam ait in Timæo Platonis obscure contineri. De quo etiā argumento Lactantius lib. 4. Institutio num cap. 6. & 7. Eusebius Pamphilus de præparatione Euangelica lib. 1. & 11. & Augustinus Eugubinus lib. 10. de perenni philosophia. Bessarion Patriarcha Constantinopolitanus lib. 2. aduersus calumniatorem Platonis cap. 4. & S. Gregorius Nazianz. oratione 5. de Theologia ait, Ethnicos etiā de Spiritu Sancto aliquid attigisse. S. Cyrillus cōtra Iulianum lib. 1. Clemens Alexandr. in Stromatis lib. 4. & lib. 5. sic ait, Ita Plato ex bono mentis, & ex mente animam mundi emanare ait, & horum quodlibet Deum appellat. Et idem Plato epistola ad Dionysium tyrannum, iurandum esse ait per Deū tres; & Aristoteles lib. 1. de celo text. 2. numero ternario Deum colendū. Per hanc numerum adhibemus nosmetipsos magnificare Deum vnum eminentem proprietatibus eorum, quæ sunt creaturæ. Damascius quoque Philosophus apud August.

S. August.

Plurimos ex Platonis paucis verbis mutatis Christianos factos.

Albertus Magnus.

S. Iustinus.

Lactantius. Euseb.

Aug. Eug. Bessarion.

Naz.

S. Cyrillus. Clem. Alex.

Plato.

Arist.

Damascius.

A Eugubinum lib. 1. cap. 6. testatur Ægyptios solitos esse Deitatem acclamare tertio, eundem ternarium numerum Deitati attribuentes. Mercurij verò Trismegisti sententia nihil vulgariius in libro, qui dicitur Pimander, Dialogo 4. Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit amorem. Quibus sententijs ternarius numerus in diuinis satis exprimitur, & de singulis personis fit non obscura mentio. De Spiritu Sancto quoque, cui aptè accommodari potest, quod anima mundi sit; sicut vnio, & vita à Theologis ipsi spiritui speciatim ascribuntur.

Trismegist.

B Doctores scholastici diuersas ineunt rationes respondendi ad hæc testimonia. Quidam ea omnia de attributis diuinis explicant, quasi non loquantur de processione personarum, sed de ordine intelligendi quo vnum attributum prius alio à nobis intelligitur; sicut in nobis prius consideratur mens, deinde verbum, tertio amor & vnio, quorum vnum ab alio apud nos dimanat vera processione, quia distincta sunt. In Deo autem, quia sunt omnia indistincta, forsan prædicti Philosophi intelligebat habere hæc inter se ordinem, sed non veram processionem. Neque inficiandum est ita potuisse explicari Philosophorum asserta, vt non personas distinctas in natura eadem, sed eiusdem naturæ diuinæ virtutes operatrices distinctas significarent; neque crediderim Aristotelem in numero ternario persensisse diuinæ personas. Ternarium verò numerum obseruabāt, vt sacrum, & in sacris vsitatum, quia est perfectissimus. Ita S. Thomas de Veritate q. 10. art. 13. & 1. p. q. 32. art. 1. ad 1. & in 1. d. 3. q. 1. art. 4. ad 1. refert Commentatorem interpretantem Deum colli ternario, quia is numerus indicat principium, medium, & finem, quibus constant omnia, & quia is est numerus perfectus. At verò Platonem ait legisse fortè in Ægypto libros sacros. Quæ responsio maximè placet; quia Philosophi, vt post hæc subiiciemus, multa dixerunt abdita quadam significatione referentia Trinitatem, Verbumque diuinum, & Spiritum Sanctum.

2.

Quorundam responsio non inepta.

C Aptior ergo, faciliorque explicatio est, quod Ethnici à fidelibus Iudæis hæc mysteria arripuerunt; & concisa, ac lacerata scriptis suis inseruere, tum quia non plenè illa intelligebant: tum forsan, vt

S. Thom.

Ternarius numerus perfectissimus.

D Optima responsio, quod Ethnici à fidelibus Iudæis hæc mysteria arripuerunt; & concisa, ac lacerata scriptis suis inseruere, tum quia non plenè illa intelligebant: tum forsan, vt

Optima responsio, quod Ethnici à fidelibus Iudæis hæc mysteria arripuerunt.

S. Cyrillus. quasi propria venditarent. Nam & S. Cyrillus lib. 1. contra Iulianum ait Pythagoram, & Platonem non ignorasse Moysis documēta, quæ in Ægypto erāt in admiratione omnium; & Mercurium, seu Hermetem Trismegistum fuisse in Ægypto sacerdotem: & inquit, *Ille Ægyptius Hermes &c. semper ea, quæ Moyses docuit, sensisse comperitur, tametsi nō omnino rectè, & irreprehensibiliter, sed aliqua ex parte.* De quo argumēto plurima cum eruditione scribit Clemens Alexand. in libris Stromatum, in quibus nihil agit aliud, quàm vt furta Ethnicorum indicet, sacrisque libris restituat. Et libr. 1. Stromatum post longam disputationem sic colligit. *Est ergo etiam in Philosophia, quæ furto subrepta; & veluti à Prometheus parum ignis aptum ad lumen, qui utiliter excitatur; & vestigium aliquod sapientia, & motus à Deo: in his autem latrones, & fures fuerunt, qui sunt apud Græcos Philosophi, qui ante Domini aduentum à Prophetis Hebraeis partes veritatis, id minimè agnoscetes, sumpserunt: sed sibi tanquam propria dogmata attribuerunt; & alia quidam adulterarunt, alia autem superuacanea quadam diligentia indoctè tanquā sapientes pronunciarunt, alia autem etiā inuenerunt, fortè enim sensus quoq; spiritum habuerunt.* Quibus verbis opinatur potuisse quoque indi Philosophis antiquis spiritum intelligentiæ diuinæ, quo aliquas veritates fidei scriptis proderēt. Et statim recitat Aristotelem dicentem Sophisticam furem esse sapientiæ. Rectè quidem, nam, vt ipse refert libr. eodem, Clearchus Peripateticus dicebat nouisse se Iudæum quendam, cum quo conuersatus erat Aristoteles: haud dubium, quin ab ipso potuerit de Deo plura ediscere. Et libro eodem refert dictum Numenij Pythagorici sic scribentis; *Quid enim est Plato, nisi Moyses qui loquitur Atticè?* eò quòd à Moysè multa acceperit Plato. Et apud Clem. Alexandr. lib. 5. Stromatum Orpheus apertam facit mentionē de Caldæo propheta. Quare dixit Tertullian. verissimè in apologet. contra gentes cap. 47. *Quis poetarum, quis Sophistarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potauerit?* Non dubium certè est, quin Sophistæ fures fuerint diuinæ sapientiæ. De qua etiam re legendus est Eusebius de præparatio-

Opinatur Clemens Philosophis antiquis spiritum diuinæ intelligentiæ fortè inditum.

Tertul.

Eusebi

A ne euangelica lib. 10. cap. 2. & S. August. 3. de Ciuit. Dei cap. 11. & lib. 8. cap. 37. Alij addunt, ex traditione vetustissima ab Adamo fragmenta quædam doctrinæ sanctæ in ore gentium relicta, & venisse ad magnos illos Philosophos Berosum, Iamblicum, Trismegistum, Proclum, Socratem, Platonem, Plotinum, & Philonem: proindeque eorum libros mysteria fidei redolere.

B Augustinus igitur Eugubinus plurimis confirmat fidem Trinitatis à primis parentibus per manus quasi venisse ad posteros: nam & Noe hæc filijs tradidisse; cum autem Noe vsque ad Abrahæ tempora superuixerit, quid est mirum verari ea adhuc ætate doctrinam Trinitatis inter aliquos? Et amicos Iob Ethnicos in sensu recondito hoc mysterium videri significare? Iam propagato populo Israelitico, cum non sit dubium apud Iudæos sapientes Trinitatis notionē fuisse apertam, ait fieri potuisse vt idem ad Ægyptios deflueret: primos autem Philosophos ex Ethnicis præ studio sapientiæ solitos esse in Ægyptum descendere; indeque præcipuè arcana sua didicisse, auctor est Clemens Alexandr. S. Cyrillus, Theodoretus, & alij.

C Sanè hæc longa contestatio Ethnicorum tanta diligentia, studioque ab Augustino Eugubino, & ab alijs composita in eo fauet maximè fidei, ac doctrinæ Trinitatis, vt non nouum, & quasi excogitatum mysterium videamur prædicare, sed à mundi primordijs celebre; quod ipsi Ethnici vel obscure, aut etiam corruptè indicantes, fuisse tamen à Maioribus acceptum declararunt. Quare nō arbitròr otiosum, aut vacuum studium hoc Eugubini, & aliorum; maximè, cum in hoc ipso S. Cyrillus grauitè laborauerit, & S. Augustinus videatur subscribere huic sententiæ. Iustinus verò dialogo cum Triphone pag. 91. poetæ Ethnicos vel in fabulis ait veritati Catholicæ attestari, quas videntur à sacris literis hausisse, immutatæque, & figmentis inuolutas tradidisse; vt cum Mythristæ suum Mythrium aiunt saxo progenitum, alluisse ad lapidem excisum sine manibus apud Daniele, quo Christus significatus est ex Virgine natus: & Perseum de Virgine natum fabulatos esse. Itaque & nobis testes sunt eius, quam prædicamus, veritatis. De qua re eleganter

S. Aug.

Alij dicunt ab Adamo adphilosophos hæc sapientiæ fragmenta peruenisse.

4. Aug. Eug.

Clem. Alex.
S. Cyrillus.
Theodoret.

Philosophi testes Sanctæ Trinitatis iam olim traditæ.

S. Cyrillus
S. Aug.

Iustinus.

Poetæ Ethnici vel infabulis veritati Catholicæ attestantur.

Clem. Alex. tunc scribit Clemens Alexand. Stromatū lib. 1. his verbis. *Sive ergo dicant Græcos diuinæ Philosophiæ esse casu aliquid elocutos, casus est diuinæ aconomia, quia re- Et prouisum est à Deo, ut ea etiam fidem firment, quæ sunt casu à Philosophis scripta, non tamen casu, sed Dei prouidentia in scriptis relicta.*

6. *Ethnici inanis gloriæ cupid.* Quod si objicias Ethnicos non potuisse literis mandare, quæ non crederent. Respondemus, inanis gloriæ cupiditate (ut alij solent) scripsisse, quæ non caperent; quo maiorem sapientiæ opinionem conciliarent: id autem actum esse Deo prouidente, ut ex eorum scriptis attestatum esset fuisse hanc fidem iam olim prædicatam; vel sanè hoc ideò egerunt, quod aliquam fidem humanam adhiberent istis rebus, eò quod Moysem maxime reuereretur & sapientes Ægyptios.

7. *Ludouicus Viues.* Quod ut fiat probabilius, in memoria obseruanda sunt dicta Philosophorum à Patribus enarrata; & illud primam, quod refert Ludouicus Viues apud S. Augustinum ex Mercurio Trismegisto, & Iamblico, cum Rex Ægypti interrogasset Serapidem quisnam esset se beator? respondisse.

De singulis personis diuinis. *Principio Deus est, tunc sermo, & spiritus istis*
Additur, aqua hæc sunt tendentia in unum.

Tertullian. Quod oraculum cum fuerit Dæmonis opera editum, intelligendum est id Dæmonem sibi voluisse, quod doctè obseruat Tertullianus libr. de corona militis cap. 15. Dæmones procurare scilicet, ut fidei nostræ dogmata inter sua dicta immerentur, quo vel suis fidem faciant, vel nostris illam eripiant, veri falsique commistione. Quam ob causam legitur Christus Dominus illos increpasse Dæmones, qui illum filium Dei clamabant. Refertur etiam ab August. Eugubino lib. 2. de perenni Philosophia cap. 19. aliud oraculum Apollinis cum interrogaretur de vera religione. *Ne me (inquit) scisciteris de sancto, ac diuino genitore, & sobole chara, rebus magni induperantis, & flatu qui mundum astrictū continet omnem.* Vbi etiam malus Dæmon verissimam de tribus personis confessionem prodidit. Quid ergo mirū est, quod Philosophi vel à suis oraculis didicerint trium personarum notionem?

Aug. Eug. *S. Iustin. ex Eschilo.* Sanctus Iustinus ex Eschilo antiquis-

A simo refert versiculos quosdam libro de Monarchia.

Vnus est per se genitus, ab eo cuncta progenata sunt,

Et in eis ipse superat, neq; eum quisquam Mortalium videt.

S. Cyrillus lib. 1. contra Iulianum, cum eadem de Orpheo verbis aliquatenus mutatis deprompsisset, ait. *Itaque unum & illum per se genitum per omnia, & super omnes nominat Deum.* Prophyrius 4. libro historiæ Philosophicæ refert ex Platone de Mète, *Processit autem ante secula ab Auctore Deo incitata per se genita.* Et ibidem dicitur processisse ab æterno, & esse subsistentem. Et Orpheus facit de Verbo apertam mentionem.

B *Vocem adiuro te Patris, quam locutus est Primum,*

Quando mundum vniuersum suis firmavit Consilijs.

Et iterum apud Clem. Alexand. adhortatione ad gentes. *Verbum est aspiciens diuinum, assistere nunquam huic cessat.* Et Trismegistus, *Verbum enim eius procedens, perfectum, existens, &c. fecundum, ac opifex, & iterum de Verbo. Est autem è perfectissimo progenitus, perfectus, & fecundus, germanus filius.* Quod

C autem dicit filium fecundum eò pertinet, quia est rerum conditor, ut statim subiicit. *Verbi eius mentalis natura est generatiua, & condere potest.* Et iterum alio loco. *Conditoris verbum, ò fili, perpetuum, per se mobile, increfibile, indiminuibile, incommutabile, &c.* Per se mobile autem ait, quia per se operatur, & propter se. Quis autem neget hæc esse propria Deitatis attributa, quæ Hermes tribuit Verbo à Deo procedenti. Et in sermone ad Asclepium vocatur Verbum mens mentis, id est, sapientia sapientiæ, ut Patres loquantur. At verò Hermetè, Trismegistum de Spiritu Sancto philosophatum esse testatur August. Eugub. lib. 2. de perenni philosophia cap. 14. Et quidem Trismegistus sermone 3. ad Asclepium interrogatus de spiritu (dixerat enim Deum mente, & spiritu suo omnia continere) respondit, *Hoc spiritu omnia opus habent, omnia enim portat secundum dignitatem, omnia viuificat, & alit, & à sancto fonte producitur, &c.* Vide spiritum omnia portantem secundum dignitatem, scilicet, ut Deo dignum est, &

D cun-

De Verbo.

S. Cyrillus ex Orpheo.

Porphyr.

Clem. Alex.

Trismeg.

De Spiritu Sancto.

Aug. Eug. Trismeg.

eundem Spiritum productum à sancto fonte, vt saltem intelligat à Patre. Quid ergo potuit dici clarius? vt taceam cetera, quæ initio huius capituli sunt recitata. **Nazianz.** Sanè Gregorius Nazianz. oratione 5. Theologia testatur priscos philosophos nomine mentis imaginem quandam ipsius Spiritus Sancti animo concepisse. De tribus verò personis mentionem fecere Philosophi non solùm colendo numero ternario, vt prædictum est, sed **Prophyrius** explicans opinionem Platonis ait, vsque ad tres substantias diuinam substantiam progredi; primam vocat bonum, secundam conditorem, tertiã animam mundi (scilicet Spiritum Sanctum) & ait Deitatem progredi vsque ad animam: sanè asserens animam esse quoque Deum. Quòd autem Spiritus Sanctus dicatur anima explicat **S. Cyrillus**, quia viuificat. Et similiter explicat **Prophyrius** illud Platonis, *Circa primum prima, & secunda circa secundum, & circa tertium tertia.* Et **Eusebius Cæsariensis** libr. 11. de præparatione euangelica refert **Plotinum** scripsisse librum de tribus hypostasibus. **Suidas** verò, verbo **Mercurius**, ait idcirco **Hermetem** **Mercurium** fuisse appellatum **Trismegistum**, id est, ter magistrum, quia de tribus differuit diuinis personis.

Sed obseruandum est, eos ita de ijs rebus fuisse locutos, vt noua semper meditarentur, quibus adiectis fontem ipsum veritatis turbarunt; & ideò Patres aiunt initia hæresum emanasse à Philosophis, quod **S. Hieronymus** refert à **Tertulliano** dictum epistola ad **Ctesiphontem**, laudatque ibi **Tertulliani** sententiam, **Hæreticorum Patriarchas philosophos** fuisse. Quam sententiam **Tertullianus** pronunciauit libro de præscriptis aduersus hæreticos, & hæresum auctores recenset alium **Platonicum**, alium **Stoicum**, aliū **Epicurum**; & libr. 1. contra **Marcio**, eisdem arguit sapientiæ professores, de quorum, inquit, ingenijs omnis hæresis animatur. Idem affirmat libr. de irrep- tionibus. Et **S. Ambrosius** libr. 1. de fide c. 5. quia, vt constat ex verbis alijs **Platonis**, mens dicitur facta, hoc est, creata: & anima dicitur commixta mundo, vt **Augustinus Eugubinus** ex eius sententiã refert: & tres substantias tres Deos credit; vnde prima, secunda, & tertia, scilicet, attributa, & imperia, seu primæ partes, se-

A cundæ, & tertiæ, circa primum, secundum, & tertium. Quare **S. Cyrillus** affirmat cum **Arianis** **Platonem** consentire. Et **Plotinus** librum scripsit de tribus principalibus essentijs, apud **Genebrardum** ad **Schegium** fol. 70. qui & **Prophyrium** in eandem impietatem adegit. **Trismegistus** verò puriori sermone vititur, quæ **Eugubinus** arbitratur nusquam falso sentire de rebus diuinis, si beneuolè explicetur. Quamobrem hæc se collegisse diligenter ait **S. Cyrillus** ea de causa, vt cõpertum sit errasse quidem Philosophos proprijs opinionibus seductos; non fuisse tamen expertes eorum, quæ in **Moy- saicis** libris continentur.

B Qua etiam de re elegantissimè idem **Tertullianus** in apologet. cõtra gent. cap. 47. *Homines, inquit, gloria, & eloquentia solius libidinosi, siquid in scælis scripturis offenderunt, digestis pro instituto curiositatis; ad propria opera verterunt: neq; satis credentes diuina esse, quominus interpolarent; neque satis intelligentes, vt adhuc tunc sub nubilo etiam ipsis Iudæis obumbrata, quorum propria videbantur. Nam etsi qua simplicitas erat veritatis, & magis scrupulositas humana fidem aspernata mutabat: per quod incertum miscuerunt etiam quod inuenerunt certum. Et iterum, Ex horum semine, & nostram hanc nouitiolam paraturam viri quidã suis opinionibus ad philosophicas sententias adulterauerunt, & de vna via obliquos multos tramites, & inexplicabiles sciderunt, nouam paraturam dicit testamentum nouum. Itaque Philosophi lustrantes diuinos libros ex parte mutarunt, quia non intelligebant recõdita mysteria: ex parte etiam adulterarunt, quia cum non sincerè crederent esse diuina oracula, non fuit illis religio, quæ legebant, variare. Et quidem rectissimè concludit **Tertullianus**: *Omnia aduersus veritatem, de ipsa veritate constructa sunt, operantibus simulationem istam spiritibus erroris.* Inuidia, scilicet diaboli, quæ est auctor mendacij, superfeminata sunt zizania, & de veris Dei oraculis, maligna interpretatione orta sunt hæreses.*

C **Sybillas** verò fuisse verè Prophetissas probabilius fert opinio; neque videtur posse negari, cum apertè de Christo Domino multa prædicent, de quibus hoc idem **S. Hieronymus** asseuerat libr. 1. contra

S. Cyrillus.

Plotinus.
Prophyrius.

Trismegistus nusquam falsus **Eugubino** videtur.

S. Cyrillus.

9.
Tertullianus.

Idem.

10.
Sybillas fuisse prophetissas probabilius.

S. Hieron.

Nazianz.

De tribus personis.

Prophyrius.

S. Cyrillus.
Prophyrius.

Eusebius Cæsariensis.

Suidas.

Cur **Hermes** sit **Trismegistus** appellatus.

Initia hæresum à philosophis.
S. Hieron.

S. Ambr.

Platonis errores.

Aug. Eug.

contra

contra Iouenianum, *Quid referam* (inquit) *Sybillas, Erythraam, atque Cumanam, & octo reliquas, quarum insigne virginitas est, & virginitatis premium diuinitas?* vt etiam affirmat S. Augustinus lib. 17. de Ciuitate cap. 23. lib. 3. contra Faustum cap. 15. & Lactantius lib. 4. Institutionum diuinarum cap. 6. & 7. & lib. 1. cap. 6. & lib. 2. de diuinatione. Vide S. Thomam 2. 2. q. 1. artic. 7. ad 3. & Barthol. Torres, ac Sixtum Senensem lib. 2. titulo, Sybillina oracula. S. verò Augustinus oratione contra Iudeos, Paganos, & Arianos, de Sybillinis oraculis admiranda commemorat: & illud scitum dignissimum, quòd Sybilla quibusdã versibus primas literas præfixerit, quibus acceptis Græcè legatur Iesus Christus Dei filius Saluator: quod & Latine præstitit Sybillinorum oraculorum traductor lib. 8. in Bibliotheca Patrũ tom. 8. vbi adhuc extant multi oraculorum Sybillinorum libri admirabiles.

11. De Sybillis etiam Clemens Alexand.

Clem. Alex. lib. 1. & lib. 6. Stromatum; vbi etiam de *De Hystaspe*. Hystaspe sic scribit, *Hystaspè sumite, & inuenietis Dei filium multò clariùs, & apertius esse scriptum, &c.* Idem argumentum tractat August. Eugub. lib. 1. de perenni philosophia c. 25. & apud *Clem. Alex.* Alexandr. lib. 1. Stromatum, Heraditus De 1. Sybilla. ait, primam Sybillam non humanis, sed diuinitus apparuisse, & Delphis ostendi petram, qua insidens vaticinabatur. Serapiõ verò narrat ne mortuam quidẽ ab arte diuinandi cessasse. Quibus liquet quantæ fuerit auctoritatis etiam apud Ethnicos.

12. Prædictam sententiam si sequamur, facile est respondere hos Philosophos, qui de Trinitate expressius commentati sunt, cognitionem hanc ex libris sacris accepisse. Sed vt cunquẽ illud sit, cõpertissimum tamen est mysterium hoc ratione naturali non constare, nõ dicam eidenter, sed ne inuestigari quidẽ vlatenùs potuisse; cum nulla sit via huius veritatis inquirendæ, vt ex superioribus est satis probatum.

CAPVT XII.

Notitiam Trinitatis eidentem, citra Visionem Dei, sola Dei attestazione eidentem obtinere possu-

mus.

Prima pars. *Post fidem etiam acceptam nulla ratio inuenitur demonstrans Trinitatem esse.*

Secunda. *Nulla potest nobis esse species abstractiua Trinitatis, quæ sit per se ipsam eidentem.*

Tertia. *Deus sola eidentem attestazione sua potest infundere eidentem notitiam Trinitatis, citra visionem suæ essentia.*

Quarta. *Eidentem attestationis diuinæ non permittit assensum fidei obscurum.*

PARS PRIMA.

B *Post fidem etiam acceptam, nulla ratio inuenitur demonstrans Trinitatem esse.*

D isceptatio est inter Theologos, vtrum viro Christiano credenti mysterium Trinitatis, & multa de eo philosophanti, possint occurrere eidentem demõstrationes, quibus hoc ipsum, quod credit, demonstrat? vt facere visus est Richardus de Sancto Viã. lib. 1. de Trinitate cap. 4. Et eas quidem rationes posse inueniri ab homine lumine fidei illustrato docet Henric. quodl. 8. q. 14. Ioannes verò Scotus d. 2. q. 1. ar. 3. plura congerit argumẽta, quibus conuictus Michael de Medina libro de recta fide cap. 54. affirmat conclusionem elici omni Philosophia certiore. At verò Raymondus Lullius in libro, quem vocauit *Apostrophen*, & in libro de demõstrationibus æquiparantiæ, & in libro sententiarum ipso in vestibulo affirmat cõmonstrari posse eidentem mysteriũ Trinitatis; & credit eas se demõstrationes conficere luculentissimas, quibus necesse sit conuinci hæreticum, aut Ethnicum hominem. Neque dissentit Ioãnes Gerson Alphabeto. 13. litera F. Sed addit Lullius hominem sic philosophantẽ circa illud mysterium Trinitatis non habere fidem.

Contra hos Doctores (excepto Richardo, de cuius sententia lib. 2. cõmentabimur) affirmamus ex prædicatione fidei nullam inueniri posse rationẽ, quæ Trinitatem personarũ eidentem ostendat. Probatur: nam hæc veritas non deducitur ex principijs cognitionis naturalis, vt supra ostensum est; aliàs quæ ex natura

Richard.

Henricus Scotus.

Michael de Medina.

Raym. Lullius.

Ioan. Gers.

Lullius.

Conclusio certissima.

Probatur.

natura.

S. August. Lactant.

S. Thom. Torres. Sixtus Sen. S. Aug.

Scitu dignissimum de Sybilla.

Sybillinorum oraculorum traductor.

Aug. Eug.

Clem. Alex.

De 1. Sybilla.

Mysteriũ Trinitatis ratione naturali ne inuestigari quidẽ potuit.

23

naturali lumine possunt sciri, contingit aliquando sciri, ut quadratura circuli, quæ cum non sit demonstrata, forsitan tamen demonstrabitur; mysterium autem Trinitatis ante fidei prædicationem non contingit intelligi, ut supra. Quamvis ergo post fidei prædicationem inueniamus rationes congruas, atque aptas ad indicandam hanc veritatem, nulla tamen illarum est demonstratiua; & hoc est certissimum; aliàs hoc mysterium per accidens esset ignotum, siquidem ex principijs cognitis lumine naturali commostrarari posset; imò & ab Angelo esset commostrarabile, qui principia naturalia cognitionis scite callet. Ex principijs tamen fidei obscuris, si quis dicat per euidens consequentiam deduci cognitionem certam Trinitatis, aut comparari scientiam obscuram, qualis est Theologia, non erit temeritatis nota arguendus. Conclusio enim, quæ consequitur ex principijs fidei, non est euidens, cum oriatur à principijs fidei obscuris; neque fidem euacuat, qua potius nititur. Verum probabilius esse existimamus, nec datis etiam principijs fidei, per euidens consequentiam mysterium Trinitatis explanari: sunt enim multa, quæ vim consequentiæ impediunt, & irretiunt, ut nihil possit omnino ex parte à dubijs emergentibus absolui, quò euidens constet ratiocinatio. Itaque neque dato hoc principio quòd in natura Deitatis sit origo, demonstratur personarum Trinitas in natura eadem, propter dubia, quæ occurrunt disputati.

Hi tamen Doctores non solum affirmant ex aliquo principio fidei deduci conclusiones euidens, & scitas huius mysterij: Sed credunt audito semel mysterio fidei, posse animum subire euidens demonstrationes ex principijs euidens; quòd summoperè contendit Lullius. Principia autem euidens, etsi non innotescant nisi post fidei prædicationem, sunt tamen per se nota, & ignota per accidens. Qua etiam in re est discors à se ipsa sententia. Nam si per se nota sunt, & euidens, quid prohibet per se ipsa innotescere absque prædicatione fidei? Mysterium autem hoc esse ignotum comprobauimus Scripturæ sanctæ oraculis, Patrumque sententijs. Et ferè nihil distat hæc sententia ab illa, quæ asserit simpliciter mysterium Trinitatis posse demonstrari.

A Præterea ex hac opinione euidens, quod Raymundus Lullius consentaneè affirmat, hominem assequutum hanc scientiam, non habere fidem Trinitatis. Nam vndeunque didicerit illa principia euidens per se nota, etiam si post prædicationem quasi duce lumine fidei; habet tamen euidens principia, & conclusionem euidens; ergo non habet fidem de re eadem, ut omnes ferè Theologi consentiunt, & Ioannes Scotus probat contra Hæricum d. 24. q. 1. Hoc autem consequens quòd Lullius solus affirmat, merito alij recusant: mysterium enim Trinitatis est præcipuum inter articulos fidei, quò oportet per ænigma nos cognoscere iuxta verbum Pauli. Et opinio Lullij hac in re (quid quid arbitrædum sit de reliqua eius doctrina) temeraria est contra omnium Patrum, Theologorumque sententiam; & videtur errasse contra fidem. De hac enim fide Trinitatis præcipue dicitur ab Apostolo, quòd euacuabitur.

SECUNDA PARS.

Nulla potest esse species abstractiua Trinitatis, quæ sit per se euidens.

C Diuersa quæstio est inter Ioannem Scotum, & Durandum vtrum possit à Deo Optimo nobis infundi notitia euidens Trinitatis abstractiua, scilicet, non intuentibus Deum; esto ea notitia euidens euacuet fidem. Ioannes Scotus in quodlib. q. 6. 13. & 14. & in 2. d. 3. q. 9. & in 4. d. 49. q. 11. quæstionem versat, & partem affirmantem probat. Imò ait potuisse Angelo infundi naturalem speciem euidens representantem mysterium Trinitatis: quam nuncupat naturalem, quòd ea cognitio sit ordinis naturalis; supernaturalemque simul, quia potuit à Deo liberè infundi. Et hoc quidem posterius enunciatum derogat diuinæ gratiæ, quò tractabimus Tom. 3. Cognitio enim Trinitatis est omnino altioris ordinis supra naturam intelligibilem, etiam Angelicam. Neque probè Scotus ait eam speciem esse supernaturalem, ob infusionem liberam. Nam si cognitio est naturalis ordinis, Angelo condito in felicitate summa, ordine naturæ debito, infundenda fuit ea species, nequid desideraretur in debitis naturæ:

præter-

4.
Lullius.

Ioan. Scot.

Lullij sententia temeraria, & erronea contra fidem.

Probabilius est nec datis etiam principijs fidei, per euidens consequentiã mysterium Trinitatis explanari.

3.

Sententia Lullij, audito mysterio fidei posse fieri euidens demonstratio nes ex principijs euidensibus.

Repugnat sibi.

Ferè nihil distat ab alia superius erroris damnata, imò hæresis ab alijs quibus.

Cognitio Trinitatis est omnino supernaturalis.

Non rectè species dicitur supernaturalis, ob infusionem liberam,

præterquam quòd species Angelorum, vel Scoto suffragate, sunt infusa à Deo; & tamen dicuntur naturales, quia sunt consentaneæ naturali cognitioni: ergo & ea species Trinitatis, cuius cognitio est intra ordinem naturæ Angelicæ, esset naturalitèr infusa, quod longè distat à sincera doctrina. Quapropter merito Scotistæ, hac ex parte sententiæ, non subscripserunt Magistro suo. Partim autè priori consentiunt Aliacensis, Guilielmus Ochamus, Ioannes de Bassolis, Ioannes Maior, & Gabriel posse à Deo infundi notitiam Trinitatis abstractiuam euidètem.

*Aliacensis.
Ocham.
Bassol.
Maior.
Gabriel.*

2.

Dissidium autem est inter Ioannem Scotum, & Gabrielem de notitia intuitiua. Nam Gabriel quæst. 1. Prologi art. 2. intuitiuam ait esse, quo cognoscitur rei existentia: Scotus intuitiuam ait esse, quæ fertur in præsentiam rei; notitiam verò absentis rei esse abstractiuam. Nos verò cum Scoto speciem abstractiuam dicimus vsu communi loquendicam, quæ abstrahit, hoc est, separata est à rei præsentia: intuitiuam eam, per quæ rem præsentem intuemur. Non ergo in præsens disceptamus, an per speciem creatam, præsentem Deum intueri possimus, & Trinitatem personarum simul; quod est alio loco disserendum Tomo 3. Sed affirmamus modò per speciem abstractiuam, qua Deum non videmus, non posse haberi euidètem Trinitatis notitiam. Et illud mihi certissimum est, quòd species abstractiua Deitatis non potest esse quidditatiua, quod aduersarij sibi persuadent. Probatur planè, quoniam quidditas Dei est ipsum esse diuinum; ergo ea species quidditatiua, per quam cernimus, seu euidèntèr cognoscimus quod quid est Deus, ita vt per eam intellectus attingat veram quidditatiuam Deitatis cognitionem, commonstrat Deum, vt existens est; ita vt existentia, quæ est ipsa quidditas diuina, sit obiectum euidètis istius cognitionis. Cognitio autem quidditatiua euidens circa existentiam rei, ipsa est intuitiua; est enim rei præsentis secundum existentiam: ergo species quidditatiua euidens Deitatis est ipsa intuitiua, non abstractiua: & in hoc maximè aduersarij hallucinantur. Hi autem afferunt exemplum, nam species Petri, inquit, quem vidimus, quidditatiua est; & tamen cum illū

Quæ sit species abstractiua: quæ intuitiua.

Speciem abstractiuam Trinitatis non posse esse quidditatiuam certissimum.

Existètia, seu esse Dei est ipsa quidditas diuina.

A non videmus, non est intuitiua, etsi per illam cognoscamus euidèntèr Petrum. Ego verò quæram ab eis, quid cognoscamus euidèntèr de Petro per illam speciem Petri, quem aliquandò vidi? Non enim cognosco Petrum esse, cum possit iam non esse: nec verò Petrum esse hominem, quia hæc euidèntia non accipitur ab specie illa, sed à necessaria coniunctione prædicati cum subiecto. Cognosco ergo per speciem Petri, quæ vidi, Petrum ipsum, id est, illud suppositum naturæ humanæ, quæ cognitio est euidens ex rememoratione visionis præcedètis. Itaque species illa, qua cognosco hoc suppositum designatum, manet ex intuitiua præcedenti notitia. Non est ergo exemplum ad rem, quòd detur species quidditatiua Dei, & eadem abstractiua. Imò S. Paulus, si essentiam diuinam vidit, non habuit postea quidditatiuam abstractiuam speciem visionis præcedètis, aliàs haberet memoriam euidètem, quæ cum fide obscura pugnat, vt diximus.

Explicatur adhuc, nam si illa species Deitatis repræsentat duntaxat quidditatem Dei, ita vt per illam non cognoscamus esse veram Dei quidditatem; sanè non est quidditatiua, neque per illam aliquam veritatem de Trinitate possumus euidèntèr cognoscere; cum de ipsa essentia, quæ est ratio cognoscendi Trinitatem, non cognoscamus quòd vera sit. Et præterea impossibile est, quòd apprehendamus quod quid est Deus, quin euidèntèr cognoscamus ipsam esse veram Deitatis quidditatè. Nam Deus ignoratur à nobis defectu nostræ intelligentiæ. Quare Angeli per suam cognitionem, etiam non quidditatiuam, euidèntèr cognoscunt Deum existere; cognoscunt tamen in effectu, & idè non intuentur: ergo si detur quidditatiua species terminata ad ipsam diuinam essentiam, terminatur quoque ad ipsum verum esse diuinum immediatè, & intuitiua est: quod si hæc species quidditatiua ipsum esse diuinum repræsentat, non in effectu, sed in se, ita vt per illam euidèntèr cognoscamus Deum esse, non ex effectu, sed ex ipsa eius essentia, & ex ipso esse, quis non videat hæc cognitionem esse intuitiuam? Quare neque contumaces possunt repugnare.

Species relicta ex visione Petri præcedètis non est exemplum ad rem quòd detur species quidditatiua Dei, & eadem abstractiua.

In D. Paulo non mansit memoria euidètis diuinæ essentia.

3.

Angeli persuadè cognitionem etiam non quidditatiuam euidèntèr in effectu cognoscunt Deum existere.

D Deindè

4. Deinde ostendendum est, quod nisi species quidditatiua sit, non possit esse evidens notitia Trinitatis, etiam infuso lumine quouis intellectui nostro (loquimur autem seclusa euidencia Dei attestantis, de qua statim dicemus) Nam si quidditatiua species non est, analogica est, & imperfecta, per quam non apprehendimus quod quid est Deus; ergo apprehendimus Deum conceptu analogo, & connotatiuo; sed cum hoc conceptu non coniungitur euidenter Trinitas personarum; ergo cum hoc conceptu nullum lumen infusum potest euidenter ostendere Trinitatem. Explicatur hoc, nam conceptus Dei analogus, vel significat Deum in obliquo, vt causam, quo pacto cognoscitur per effectum; per effectum autem non innotescit Trinitas: vel concipitur sub conceptu, qui fit Deo, & creaturæ communis, vt quod sit sapiens, &c. Sed his conceptibus non ostenditur euidenter Trinitas personarum, eadem ratione, quia non apprehendimus quod quid est diuinæ sapientiæ, sed sapientiæ, vt in nobis est, & alia attributa similiter; per ea autem, quæ in nobis sunt, non innotescit Trinitas; ergo nullum lumen potest infundi, quod ostendat euidenter Trinitatem sub specie nõ quidditatiua, vt ponimus. Hanc sententiam non parum corroborant verba S. Dionysij epistola ad Caium dicentis, *Si aliquis videns Deum intellexerit quod vidit, illum non vidisse Deum, sed aliquid eorum quæ sunt Dei.* Quibus indicat planè Deitatem non posse intelligi, nisi solo intuitu, & quod extra intuitum nulla est clara notio diuinæ quidditatis. Hæc est etiam sententia Durandi quæst. 3. Prologi, & Palud. d. 23. q. 2. & in 3. d. 24. q. 3. Argent. in q. 3. Prologi, Alfons. Tolet. quæst. 2. & Francisci à Christo q. eadem, & d. 3. q. 1. ad 3. Dominici Bañes q. 22. art. 1. dub. 2. & 2. 2. q. 5. art. 1. ad 3. Suares 3. p. q. 11. art. 2. sect. 5. & aliorum. Nonnulli sunt, qui hoc idem confirmant ex verbis Domini, *Hæc est vita aeterna, vt cognoscant te.* Quæ vertit S. Hilarius 9. de Trinitate, vt sciât te, & similiter legit Tertullianus. Quare sciëntia Trinitatis, hoc est, euidēs cognitio satis est, aiunt, ad beatitudinē, etsi non sit intuitiua. Sed hæc ratio inutilis est, nam etsi per euidenciam in attestate, quæ possibilis est, vt dicemus, habeamus

Si species Dei quidditatiua non est, analogica est, & imperfecta.

Conceptus Dei analogus quid significet.

S. Dionys.

Durand.

Palud.

Argent.

Tolet.

Christo.

Bañes.

Suares.

Ioan. 17.

S. Hilarius.

5.

A euidenciam Trinitatis notitiam, non erimus beati: quod enim beatos facit, est facies diuina, neque illud summum bonum possidetur, nisi per intuitum. Itaque si quomodolibet aliàs per impossibile posset quis non videndo Deum clarè cognoscere Trinitatem, adhuc beatus non esset.

TERTIA PARS.

Deus sola euidenti attestacione sua potest infundere euidenciam notitiam Trinitatis citra visionem sua essentia.

B

Docuimus notitiam Trinitatis non haberi naturali rationis inquisitione; eamque notitiam Trinitatis, quæ sit abstractiua, non esse euidenciam, nisi fortè in attestacione diuina, de qua iam disputare opus est. Affirmamus itaque Deum posse ita apertè ostendere alicui se esse ipsum, qui loquatur ad eum, vt necesse sit euidenter eum assentiri ijs, quæ dicuntur, cum sit euidens Deum vera loqui; & hæc dicitur euidencia in Deo attestante; quam non posse inueniri cum actu fidei postmodum commonstrabimus. Quam tamen euidenciam diuinæ attestacionis arbitror non oriri à lumine aliquo infuso, vt quidam arbitrantur; sed maximè ab specie infusa, quæ sit euidens loquutio diuina immissa creaturæ. Nã si Deus loqueretur ad aliquem, vt Angelus ad Angelum, voluntariè nudando, & aperiendo conceptum suum, per hoc Deus ostenderet naturam suam, quæ est ipse conceptus, vel intellectio diuina; & is, cui Deus suum conceptum ostenderet, videret Deum in se. Clara ergo, & euidens Dei loquutio ad nos citra visionē essentia suæ, cum non sit ipsa interna loquutio Dei, quæ est eius intellectio, & essentia, oportet vt sit species immissa nobis; sicut de Angelis aliqui crediderunt, quod loquerentur mutuo inter se per immisionem specierum: species autem ea à Deo immissa, quæ sit euidens Deum esse qui loquitur, directè quidem repræsentat rem, de qua Deus loquitur; sed quasi reflexè repræsentat quoque euidenter Deum loquentem; sicut vox hominis indicat hominem loquentem, & alia de quibus homo loquitur. Et sicut alia opera diuina signifi-

Euidēs Trinitatis notitia absque visione non facit beatum.

1.

Dari posse euidenciam in Deo attestante.

Locutio Dei euidens nõ fit per solum lumen ad iudicandum; per speciem verò immissam ad apprehendendum, maximè probatur.

Ea species quid significet directè: quid quasi reflexè.

signifi-

significant dilucidè Dei potètiã: ita quoque non est mirum, quòd species quædam immissa à Deo repræsenter euidèter Deum loquentem, & sit diuina quædam locutio. Consentaneum his est, quod docet S. Thomas, aliquandò imitti Prophetis lumen, scilicet, ad corroborandum intellectum, 2. 2. q. 171. art. 2. & de Veritate q. 12. art. 2. & 3. & Canus 12. de locis c. 3. Sed ad apprehensionem veritatis ait infundi species. 2. 2. quæst. 173. artic. 1. Quare ad cognoscendum euidèter Deum loquentem, quod pertinet ad apprehensionem veritatis, non lumen, sed species infundenda est.

S. Thom.

Canus.

Cognoscere euidèter Deum loquentem, quod pertinet ad apprehensionem, exigit speciẽ.

2.

Per hoc autem, quod dicimus speciem hanc repræsenter Deum loquentem, non intelligimus per ipsam ostendi internam Dei locutionem, quæ est diuina essentia, quod modò refutauimus; sed locutionem externam, quæ fit per ipsam speciem sese ipsam repræsenterantem: nam & hoc, nomine repræsenterandi significamus, quod est præsens se sistere. Ipsa ergo species à Deo immissa per sui præsentiam, notam facit se, quòd sit quædam Dei locutio; quia eius hæc notio est per se euidens, & ab ipsa specie impressa, tanquam à principio intelligendi oritur notitia, qua simul homo concipiat Deum loquentem, & ea de quibus Deus loquitur, siue hæc duo intelligat distinctis conceptibus, siue eodem; ad eum modum, quo acceptis vocibus humanis, & hominẽ loquentem intelligimus, & ea de quibus homo ille loquitur.

Eiusmodi species per sui præsentiam facit euidèter notã se quòd sit locutio externa Dei.

3.

Insufficiẽtia solius luminis, & sufficiẽtia speciei immisissæ. Probatur.

Videtur autem quòd nullum aliud lumen infusum à Deo possit afferre hanc euidẽtiam diuinæ locutionis absque specie, quæ euidèter se ipsam comonstret, vt diximus. Nam præter speciem, nullum est lumen intellectui impressum, nisi ad iudicandum de veritate, quam intellectu apprehendimus. Iudicium autem de re contingenti non potest esse euidens, nisi accipiatur ab experientia, quæ est circa rem præsentem. Cum ergo locutio Dei ad aliquem extra Deum sit contingens, quæ modò est, modò non est, non potest de ea haberi aliquid certum, nisi per experientiam: quare necessarius est aliquis effectus, in quo Deum loquentem experiamur. Nullus autem poterit ex-

A cogitari effectus, qui euidèter ostendat Deum esse, qui loquitur, nisi species ipsa à Deo immissa. Ad ea autem, quæ experimento nouimus, non requiritur lumen ad iudicandum; sed species ad rem percipiendam. Benè autem data ista specie potest quoque dari infusum lumen, si ita placet, quod nos propensos reddat ad assensum Dei loquentis; vt scientiæ infusæ Christi non solum species, sed lumen quoque attribui-

Data specie potest infusum dari lumen infusum.

B Ex his ergo summa huius doctrinæ comprobatur; omnis enim certitudo, quæ non deriuatur ab euidẽtia rei, accipitur ab auctoritate dicentis, maxime verò ab auctoritate diuina; igitur per eadem, per quæ ostendimus de Trinitate non esse euidẽtem cognitionem citra visionem Dei, ostendimus neque certò eam cognosci, nisi ex Dei auctoritate, vel per fidem ostendentis se obscurè; vel etiam per euidẽtem locutionem, de qua modò conferebamus sermonem; per quam ij etiam, qui Deum non vident, possunt habere euidẽtem cognitionem Trinitatis sola euidẽtia in attestante, & nulla alia ratione. Qui verò Deum vident, claram etiam notitiam Trinitatis extra Verbum habere possunt, sicut dicimus de scientia Christi Domini infusa.

Ostèditur doctrina in titulo proposita.

QVARTA PARS.

Euidẽtia attestatiõis diuinæ non permittit fidei assensum obscurum.

Etiam si Deus possit nobis euidẽtem notitiam Trinitatis infundere in hac vita euidẽti attestatiõis sua, hoc tamen nulli hominum præstitit, aut Angelorum in via ad Patriam: sanè, quia vt iam disputabimus, ea euidẽtia toleret fidem, quæ obscura est. Fides autem necessaria est ad meritum. Quamobrem ante visionem beatam sola fides Trinitatis Angelis, & hominibus data est.

D Asserimus igitur in eo, qui habet fidẽ supernaturalem, non posse simul inueniri euidẽtiam vllam, sed solam certitudinem; tum quia non esset necessaria fides ei, qui haberet aliquam euidẽtiam, yndecunq; comparatam; sicut supra

Cum fide nullae euidẽtiæ inuenitur.

D 2 ostendit

ostendimus non posse cognosci eidentèr mysterium Trinitatis hoc eodem argumento; quia fides tunc non esset necessaria sic cognoscèti Trinitatem: tùm etiam quia assensus obscurus, & euidens circa idem non possunt inesse simul in eodem intelligente; sicut lux & tenebræ nequeunt esse in eodem spatio: quantumvis ex diuersis causis dicantur euenire.

3.

Quarè haud dubiè existimamus assensum fidei non posse inesse simul cum ea euidètia, quam dicunt in attestante. Sunt enim qui opinantur, quòd is, qui fidè adhibet, etsi eidentèr nouerit Deum esse, qui loquatur, & ex eo quòd Deus vera loquitur, eidentem habeat notionem, vera esse, quæ Deus sibi attestatur; fidem tamen supernaturalem habeat, eò quòd eius assensus firmatur testimonio diuino. Quæ est celebris Thomæ Caietani opinio. Si verò quaras, an is assensus, qui firmatur euidèti Dei testimonio, sit quoque euidens? Respòdent eidentem esse ex parte diuinæ attestatiõnis; sed ex parte rei cognitæ esse obscurum, quia nisi sit obscurus, non erit assensus supernaturalis fidei, qui necessario obscurus est, & videntium in ænigmate.

Celebris Caietani opinio.

4.

Hæc Caietani opinio (nisi fallor) dilucidè, ac manifestè refellitur. Nam si ego accipiam euidèti Dei testimonio Deum esse trinum, discursum colligo clarissimum. Euidens enim est Deum vera loqui; euidens est modò Deum mecum loqui: ergo euidens est verum esse quod loquitur, scilicèt, se esse trinum. Tunc ulterius; hic assensus, Deus est trinus, etiam ex auctoritate dicentis est euidens, vnde cunquè id habeat, vt sit euidens; ergo non est obscurus: aliàs hic aer posset esse simul illustratus, & obscurus, secundum aliam, & aliam causam; impossibile autem est, quod obscuritas, & claritas insint simul eidem, etiam secundum causas diuersas: ergo assensus ille, qui obscurus non est, sed clarissimus, nõ potest esse simul actus fidei, qui est obscurus. Nec probè aduertunt, quanuis hic assensus nitatur auctoritate dicentis, nõ ideò esse obscurum; siquidem ea est auctoritas, vt eidentem assensum pariat, imò euidètiorem, quam rationes philosophicæ. Non ergo satis est ad fidem supernaturalem, quam ipsi fatètur esse obscuram,

In actu fidei non potest esse euidètia Dei attestantis. Probaturo facto syllogismo.

Exemplum.

Auctoritas diuina maxime parit euidèti. m.

A auctoritas, & testificatio Dei; nisi ea sit, cui assensu obscuro adhæreamus.

Huic argumento alij alitèr respondēt negantes assensum esse eidentem, etsi oriatur ab eidentibus principijs; quoniam in bona consequentia si antecedens est necessarium, est etiam consequens necessarium, sed non opus est vt sit consequens euidens, etiam si antecedens sit euidens: neque syllogismum expositorium esse demonstratiuum, quia in conclusione colligitur idem, quod eodem modo fuerat assertum in maiori propositione; & ideò non euacuari fidem. Eam ergo consequentiam, quæ est per causam, vel per effectum, aiunt non cõsentire cum obscuritate fidei; quia per causam, & effectum ostenditur eidentèr coniunctio extremorum inter se; per testimonium autem aut indicium, quasi per quid extrinsecum, non ostenditur hæc intima coniunctio. Et ideò potest credi per fidem id, quod non videtur in se ipso, etsi aliàs notum sit per testimonium euidens. Et hoc idè docere videtur S. Thomas 2. 2. quæst. 5. art. 2.

5. Aliquorū responsio.

Hic modus respondèdi assumit quoddam pronunciatum vero absimile, quòd ex antecedenti euidente non consequatur consequens euidens; assensus enim conclusionis est quidam partus ex assensibus præmissarum, ita vt omninò necesse sit, ex eidentibus eidentem assensum gigni, nõ minus naturali emanatione, quam ex igne ignem. Et hoc idem manifestè demonstratur ex ipso modo intelligendi; assentimur enim conclusioni propter præmissas, & veritas, quæ in præmissis elucet, est medium formale, siue ratio formalis assentiendi; ergo si præmissæ sunt eidentes, assensus propter illas est euidens. Quod nullus etiã proteruè negabit, nisi velit nos in luce clarissima intueri posse aliquid obscurè. Firmum ergo est illud argumentum, quòd hic assensus euidens non sit assensus fidei, qui est obscurus.

S. Thomæ 6. Impugnatur responsio. Ex eidentibus euidens assensus gignitur.

Quod verò aiunt syllogismum expositorium, cuius est terminus singularis, non esse demonstrationem, & nos confitemur non esse eam, quam Aristoteles definiuit in Posterioribus: ridiculum verò est eam solam demonstrationem euacuare fidem, si aliæ sint æquè eidentes. Quod verò aiunt in his syllogismis expositorijs, conclusionem eodem modo conti-

7. Non sola demonstratio Aristotelica euacuat fidem.

Syllogismum expositorym supra factum carere delecta.

Arguitur ad hominem.

Quid sibi velit coniunctionem extremorum in seipsis evidenter ostendi per causam, vel effectum, &c.

Consequentia per effectum non ostendit quid res sit, sed an sit.

Arguitur ad hominem.

De Deo evidens cognitio an sit, euacuat fidem, unde cum que habeatur.

S. Thomae 2. 2. q. 5. non parum obscurus.

contineri in maiori propositione, falsum est; nam in propositione vniuersali continentur singularia conceptu confuso, quo non sunt nota; verbi gratia, cum dicimus, quicquid Deus asseuerat, verum est; adhuc enim non est notum, quod Deus asseueret hoc singulare, & hoc fit notum minori propositione, Deo euidenter loquente. Præterea, si quod volunt hi Doctores, verum esset, validius argumentum haberemus contra illos: nam si conclusio istius syllogismi eodem modo continetur in maiori propositione; ergo est euidentissima, cum maior propositio euidentissima sit; ergo non est obiectum assensus fidei, vt colligitur ex illis præmissis.

His disputatis adhuc inquiremus, quid sibi velit illa coniunctio extremorum in se ipsis, quæ solùm per causam, & effectum ostendatur euidenter? Coniunctio enim extremorum, aut est in intellectu, aut in rebus ipsis vnitas rei siue vnio rerum. Coniunctio quæ est in intellectu, aut est apprehensio, aut iudicium: de apprehensione euidenti non loquimur, quæ fit per species proprias; & est per se euidens; iudicium verò esse euidens ex quibuscunque præmissis euidentibus, ostendimus. Coniunctio verò in re ipsa non fit euidens per demonstrationem, quasi res ipsa in se recipiat formam lucidam, corpoream, aut intelligibilem; sed fit euidens speculanti per hoc, quod cognoscitur euidenti notitia. Et hoc in idem recidit; comprobauimus enim notitiam fieri euidentem quacunque euidenti consequentia. Verum est quod consequentia per causam ostendit, quid est res? sed hoc non ostendit consequentia per effectum, quam illi fatentur euacuare fidem; & merito quidem, quia per effecta scimus Deum esse, quæ scientia euacuat fidem. Tunc verò arguimus ad hominem; fides enim non declarat, quid res est; sed an sit, verbi gratia, quod Deus sit trinus; ergo ea euidentia, qua scimus Deum esse trinum, etsi non nouerimus, quid sit Trinitas, euacuat fidem Trinitatis. Et est eadem ratio de consequentia per effectum, aut per iudicium, aut auctoritatem dicentis, dummodò sit euidens consequentia.

Reliquum est vt declarem verba S. Thomae 2. 2. illo art. 2. q. 5. non parum obscura. Ait enim, si quis Propheta mor-

tuum excitaret attestando veritatem, quam prædicaret, audientem conuinci miraculo; & adhuc credere. Signo (inquit) conuinceretur intellectus videntis, vt cognosceret manifestò hoc dici à Deo, qui non mentitur; licet illud futurum, quod prædicatur, in se euidens non esset: unde per hoc ratio fidei non tolleretur.

Ad verborum interpretationem opus est commentari in articulo illum, quo S. Thom. decernit in Dæmonibus esse fidem, non spontaneam, sed coactam. Docet autem fidem esse assensum ex voluntate impellente; nam vbi deest euidentia rei, intellectus est dubius, & propenditur in alteram partem ex quadam deliberatione voluntatis. Hoc autem ait accidere duobus modis, vel ex quadam affectione, & propensione voluntatis in bonum; vel quia intellectus conuincitur, quod hoc potius credendum sit, quam illud.

Ex qua doctrina accipiamus documentum ad elucidandam questionem, & verba ipsa S. Doctoris. Sunt enim hic duo actus intelligendi: alter, quo quis iudicat esse credendum; alter, quo quis credit, qui actus credendi est à voluntate impellente. Dicendum igitur est illud iudicium, quo quis assentit aliquid credendum esse, posse esse euidens, vt ipse Thomas Caietanus obseruat 2. 2. & illa euidentia non tollit fidem, quia non est de obiecto fidei; sed est de aliquo præcedenti, scilicet, quod credendum sit: istud autem iudicium est practicum, & antecedit actum fidei, & potest esse euidens: iudicium autem fidei est speculatiuum, & necessario obscurum. Et inde colligitur discrimen inter Dæmonis fidem, & illius qui audijt Prophetam patrato miraculo. Dæmon enim multis argumentis conuictus credendum esse, credit inuitus renitente praua voluntate: qui verò miraculum vidit, & fidelis est, credit libens ex bona voluntate. Igitur verba ista Sancti Thomae, quod dicitur fidelis, qui videt miraculum, manifestè cognoscit Deum loqui, declaranda sunt de iudicio practico euidenti, de hoc enim loquebatur, cum præmisisset intellectum conuinci, quod hoc credendum sit; & ostendens conuinci intellectum, posuit exemplum Prophetæ excitantis mortuum. Quare illud intelligit Sanctus Thomas in se esse euidens, quod per

Iudicium practicum antecedit actum fidei, & potest esse euidens. Caiet.

Iudiciū fidei est speculatiuum, & necessario obscurum. Discrimen inter Dæmonis fidem, & illius qui audijt prophetam patrato miraculo. S. Thom. explicator de iudicio practico euidenti.

Aliud, euiden-
tèr couinci ali-
quid esse cre-
dedum: aliud,
euiden-ter con-
uinci esse ve-
rum in se.

euidentem consequentiã probatur; quia
quanuis intellectus conuictus, quòd ali-
quid sit credendum, credat; non conuin-
citur illud, quod credit, esse verum in se,
sed solùm conuincitur esse credendum.
Nam miraculum illud, & attestatio Pro-
phetæ, quæ euiden-ter conuincunt esse
credendum, non conuincunt euiden-ter
esse verum quod creditur; vt in diluen-
dis argumentis constabit. Hæc autem
alio in loco accuratiùs tractabimus.

II.
Prophetæ de
rebus fidei nul-
lam euidentiã
in attestante
habuerunt.
Aduersus
Caiet. &
Gandau.
1. Cor. 13.

Quare & Prophetæ de rebus fidei nul-
lam euidentiã in attestante habuerunt,
quidquid velit Thom. Caietanus 2. 2.
q. 171. artic. 5. Henricus Gandau. quod-
lib. 8. q. 4. & quodlib. 2. q. 2. Quod con-
firmatur verbis Pauli 1. Corinth. 13. vbi
per aduenientem visionem Deitatis ait
esse Prophetiam euacuandam, quæ si
clara esset non desineret lumine adue-
niente, sed permaneret. Sed & Theolo-
gia, si quidẽ est per se habitus cum fide
coniunctus, & obscurus, nõ poterit per-
manere cum euidẽtia in attestante; sicut
& cum visione non potest manere, ex
sententia Caietani in Cõmentarijs epis-
tolæ ad Corinth. in locum commemo-
ratum; licet 2. 2. oppositum docuisset.

Sententia Cai-
etani.

Theologia ma-
net in patria.

Ego tamen non video, quare Theologia
in patria non maneat: nam cum homi-
nibus beatis insitum sit vtj ratiocinatio-
ne, quã scientia comparatur; ineptum
est dicere, aliam scientiam eos ibi com-
parare acquisitam discursu, quæ sit alte-
rius speciei à nostra Theologia, cum spe-
cies manentes in intellectu sint eadem
circa idem obiectum formale. Quare
melius videtur dicendum habitũ Theo-
logiæ non esse per se euiden-tem, sed per
se certum, quæ certitudo in patria ma-
net non mutato habitu essentialitèr, sed
accidentalitèr, vt ex obscuro efficiatur
euidens.

Habitus Theo-
logiæ non est
per se euidens,
nec per se obs-
curus, sed per
se certus.

Notitiã Tri-
nitatis euiden-
tèr in attestã-
te nullus via-
tor habuit.

Ex dictis colligendum est, nullum ho-
minum per fidem ambulantium habuif-
se euiden-tem notitiã Trinitatis, etiam
in attestante. Nam præcipuum obiectũ
fidei nostræ, cui adhzrendo summoperè
apud Deum Optimũ meremur, est Tri-
nitas personarum: ita vt credendum nõ
si hominem ambulanti per fidem istũ
actum fidei tantopere meritorium non
exhibere: atqui fides cum euidentiã in
attestante simul inueniri non potest.

S. Antonin.

Sed tamen S. Antoninus 4. parte, tit.
15. cap. 18. §. 2. ex Magno Alberto tes-

A tatur Beatam Virginem habuifse eui-
dentiã istius mysterij in attestante;
& idem sentit Canisius lib. 4. de Deipa-
ra, versus finem; & Carthusianus libr. 2.
de laudibus Virginis artic. 14. & 22. &
& S. Augustin. sermone 1. de Assump-
tione, quod Maria nouerat se conce-
pisse modo supernaturali, & Angelos
famulantes. S. Athanasius sermone de
Deipara ait, illam nouisse Deum in vte-
ro, non quidem videndo, sed eo modo,
quo nos nouimus animam nostram ex
operibus, non tamen clara notitiã, quia
non retineret fidem.

B Nihilominus dicendum est Beatam
Virginem potuisse habere notitiã eui-
dentiã Trinitatis, non solùm in attes-
tante, sed intuitiuam: nam qui hoc
concedunt Moyfi, & Paulo, Beatæ Vir-
gini temerè denegarent: sed neque sci-
entiam claram, neque in attestante ha-
buisse per modum habitus; sed per
modum operationis breui tempore.
Nam ad maiorem dignitatem eius per-
tinet, vt circa obiectum præcipuum fi-
dei, quod est Trinitas, actum fidei ha-
beret. Quod verò ait S. Augustinus, no-
uisse illam quòd supernaturali modo cõ-
cepisset, scilicet, absque viro, & Angelos
famulantes, non satis fuit ad euidẽtiã
in attestante; sicut neque alia miracula,
quæ Apostoli intuebantur, vt dicemus.
Quod verò dicit S. Athanasius de cog-
nitione eius, qua filium in vtero agnos-
cebat Deum, vt nos animam nostram
nouimus, interpretandus est non quoad
euidentiã, sed quoad modum cogni-
tionis, scilicet quia agnoscebat illum ex
operibus, maximè ex illis, quæ mentis
sensu percipiebat, quæ satis obscura
sunt.

C Quare non placet quod refertur de
Beato Ægydio in gestis fratrum Mino-
rum, qui Deum ita clarè dicitur fuisse
contemplatus, vt loco verborum sym-
boli. *Credo in unum Deum.* verbis mu-
tatis diceret, *Scio unum Deum Patrem,*
&c. etsi hoc referat Carthusianus; nisi
verbum, scio, vsurparit pro certissima
cognitione, non pro euidentiã notitiã, vt
Philosophi accipiunt. Benedictus Pereira
Gen. 5. q. 4. de Adam affirmat habuisse
euiden-tem notitiã in attestante. Sed
S. Thomas de Veritate q. 18. art. 7. af-
firmat illius speciem intelligibile fuisse
clariorem lumine fidei, & obscuriorem
lumi-

Canisius.
Carthus.

S. Aug.

S. Athanas.

13.
Eam tamen B.
Virgo habere
potuit, imo &
intuitiuam.

Neutram per
modum habi-
tus.

S. Aug.

Miracula non
sufficiunt ad
euidentiã in
attestante.

S. Athanasius
explicatur.

14.
B. Ægydij hi-
storia.

Carthusian.

Pereira.

S. Thom.

Capreol.

In Adamo nulla fuit Trinitatis euidētia etiam in attestante.

15.

S. Thom.

Idem.

In D. Paulo nulla manifestatur species memoratiua Deitatis, vel Trinitatis.

16.

Assensus ex euidēti memoria est in se ipso euidens.

lumine patriæ, quod Ioānes Capreolus explicat non fuisse euidētem speciem diuinæ essentiæ, sed attributorū. Itaque de mysterio Trinitatis nulla fuit euidētia in Adamo, etiam in attestante.

Sed facit dubium id quod S. Thom. de Veritate q. 12. art. 3. ad 4. docet in Paulo post visionē diuinæ essentiæ mansisse memoriam eorum, quæ viderat; quæ memoria videtur fuisse euidēs, & tamen fuit in Paulo fides simul cū ista memoria, aliās non esset viator, vt docet S. Thom. 3. p. q. 8. art. 3. & 4. & in 2. d. 11. q. 1. art. 1. & in 4. d. 49. q. 2. art. 7. ergo & cum fide potest esse euidētia Dei attestantis. Dicendum tamen est in Paulo nullam mansisse memoratiuam speciem diuinæ essentiæ: nam extra visionē diuinæ essentiæ nulla est species propria illius, sed analogica; sicut neque nomen propriū, aut propria cognitio, vt lib. 5. dicemus, & tomo 3. vberius: imò neque in visione beata dari potest propria species Deitatis, vt tomo eodem disputabimus. Quare etsi Paulus vidisset diuinam essentiam, & Trinitatem, post visionem non habuit memoriam euidētem Trinitatis; actus enim memorandi pendet ab specie relicta, quæ nulla mansit in Paulo circa Trinitatis mysterium, & ita istius mysterij retinuit fidem. Cetera, quæ potuit videre, quorum relicte sūt species memoratiuæ, sanè postea non credidit, sed meminit; nulla ergo euidētia cum fide simul haberi potest. Sed tamen non negamus quin sine fide possit quis habere euidētia Dei attestantis, quod hoc capite declarabimus.

Quidam aiunt memoriam euidētem non euacuare fidem, quia est euidētia per extrinsecum principium, sicut per attestationem. Sed hac in re non videntur sibi constare, & à veritate aberrant, ni fallimur. Nam assensus ex euidēti memoria est in se ipso euidens, neque enim est per cōsequentiam, sed per simplicem apprehensionem; assensum autem ductum ab attestantis auctoritate dixerant esse in se ipso obscurum: quare non est similis ratio de memoria euidēti. Præterea memoria euidēs nihil aliud est, quam species relicta in mente, quæ si sit euidens, euidētem notitiam parit; quare absque dubio qui euidēti memoria aliquid nouit, non credit, sed nouit rem euidētissimè. Neque dicimus, nos

A credere ea, quæ euidēter meminimus; sed nosse nos ea dicimus, & scire. Et licet aliquando excidat memoria quid res sit, tamen retinetur quòd sit; & ita nouimus euidēter rem esse. Ergo etsi memoria visionis elapsa non repræsentet quid sit Trinitas, repræsentat tamen euidēter Trinitatem esse. Maximè quia nō possumus videre visionem Trinitatis, nisi intuendo Trinitatem, vt docebimus, & hi Doctores probè consentiunt; ergo neque potest manere in memoria species euidens repræsentans visionem præteritam Trinitatis, nisi repræsentet euidēter Trinitatem; quam si repræsentaret euidēter, nulla esset fides Trinitatis.

S. Thomas de Veritate q. 12. art. 7. & 2. ait lumen dari Prophetis etiam ad mysteria fidei intelligenda; quod lumen Propheticum euidens est. Sed vt quæstionem istam missam faciamus de claritate, aut certitudine luminis Propheticum; certū est de mysterio Trinitatis nullum illos habuisse lumen euidens: cetera autem mysteria, quæ extra naturam Deitatis extant, & sunt aliquid creatū, vt Incarnatio, Eucharistia, &c. cum sint res condite, nihil prohibet posse à Deo effici species euidentes, quibus agnoscantur lumine infuso, vt de scientia Christi dicimus.

CAPVT. XIII.

Argumenta refelluntur.

I N oppositam tamen arguitur; & imprimis probatur, quòd ipsa fides afferat secum euidētia, maximè accidentibus miraculis. Nam, vt docent Theologi 2. 2. fides ostendit euidēter mysteria diuina esse credibilia; ergo ostendit euidēter esse possibilis. Probatur ex opposito consequens, nam si euidēter sunt impossibilia, sūt etiam euidēter incredibilia: tunc ultra; ostendit fides Trinitatem personarum euidēter esse possibilem; ergo ostendit euidēter esse; nam in ijs, quæ sunt æterna, posse, & esse necessariò sunt coniuncta, vt Aristoteles ait 3. Physicorū text. 3. aliās esset in illis mutatio, si ea quæ possunt esse, non essent aliquandò; quia inciperent aliquandò esse.

Secundò, in rebus creatis est exemplum

Dicimus scire nos ea quæ meminimus, nō credere.

Nō possumus videre visionē Trinitatis, nisi intuendo Trinitatem.

Certum est Prophetas de Trinitate nullum habuisse lumen euidēs.

1. Argumentum

In perpetuis quæ possunt esse, actu sunt: & contra. Aristotel.

2. Argumentum

plum, quòd possit ostendi euidèter Trinitatem esse possibilem; quoniam anima est tota simul in toto corpore, & tota in singulis partibus, & hoc secundum substantiam; sicuti essentia est tota in tota Trinitate, & tota in singulis personis: ergo ostenditur Trinitatè esse possibilem; ergo Trinitatem esse, vt modò probauimus. Et confirmatur, quia vestigium Trinitatis est in creatura; imò creatura refertur relatione reali ad Trinitatem; quæ relatio cum suo termino cognoscitur ab Angelo quidditatiuè, & ab homine cognosci potest: cognitione quidditatiua in hac vita; ergo cognoscitur eadè cognitione Trinitas. Quod est argumentum Nicolai de Cussa, de pace fidei, cap. 8.

Nicolaus de Cussa.

3.
Tertium.

Tertiò, omnia argumenta, quæ contra hanc veritatem opponuntur, euidèter soluantur à Theologis, sed confutatio falsitatis est veritatis confirmatio, idem enim est refellere quendam hominem non esse album, & asserere esse album; ergo dum in argumentis soluèdis euidèter confutatur illorum falsitas, euidèter ostenditur veritas fidei. Confirmatur, quia verù vero cõsonat; quod ergo omni ex parte est consonum; rationi, videtur esse euidèter verum: Sed posito hoc mysterio nihil dissonum rationi inuenimus, ergo est euidèter verum.

4.
Quartum.

Quartò, Christus Dominus efficiebat miracula in huius veritatis cõfirmationem attestans se esse Deum; Deus autè non potest attestari ad falsitatem, esset enim in Deo mendacium; attestabatur autem, & confirmabat asserta à Christo, dum per eum supra naturam rerù operabatur, & ipsa miracula sunt Deitatis proprii testes, vt Patres docent; ergo euidens erat vera esse, quæ de hoc mysterio à Christo Domino assererentur.

5.
Quintum.

Quintò, primus Angelus in momento, in quo est conditus, accepit reuelationem hanc à Deo nullo internuntio, sed immediatè, vt aiunt; & erat illi euidens Deum non posse falli, neque fallere, cum in Deo neque ignorantia, neque mendacium reperiatur; ergo euidèter sciebat vera esse, quæ sibi de hoc mysterio reuelabantur, seu denunciabantur à Deo, quibus perfidem assentiebatur: est ergo simul cum fide euidètia Trinita-

tis. Et confirmatur, quia Deus proponebat fidei mysteria Angelo, infundendo species, quod solus Deus potest efficere, vt explicat S. Thom. in 1. d. 8. q. 1. art. 5. ad 3. ergo euidèter cognoscebat Deum esse, qui hoc modo secum loquebatur.

Confirmatur.

S. Thom.

6.

Sextum.

Ultimò, Christus Dominus per scientiam inditam extra visionem Deitatis euidèter intelligebat mysterium Trinitatis: ergo extra visionem contingit hæc scientia. Cõfirmatur, quia Deus potest ostendere Incarnationem Verbi, in qua necessariò continetur ipsum verbù euidèter notum; & potest immittere alicui speciem, qua euidèter cognoscat visionem alterius beati, quæ est visio Trinitatis, & cognoscendo visionè Trinitatis euidèter, eadem euidètia cognoscit Trinitatem.

Confirmatur.

ADVERTENDVM.

Pro decisione huius dubij est notandum, quòd ita est nobis per naturam ignotum hoc mysterium esse possibile, sicut est ignotum Trinitatem esse; quoniam nihil in Deo potest esse, quod non sit: possibile enim in Deo non significat potentiam, aliàs esset mutabilis de potentia in actum; sed solùm significat veritatem propositionis, vt docet S. Thomas 1. p. q. 41. art. 4. ad 2. Est enim possibile quid communius, quam necesse in re Dialectica. Vnde quod necesse est esse, possibile est esse: igitur eadè certitudine tenendum est, quòd ratione naturali non constet Deum posse esse trinum, sicut non constat esse trinum.

7.
Primum aduertendum.

Ita ignotum nobis per naturam Trinitatè esse possibile, sicut ignotum est eam esse.

S. Thom.

Possibile est quid communius ad necessè.

Alterum quoque aduertendum est notatione dignissimum, quòd non omnis notitia euidens euacuat fidem. Fides enim est certissima, & infallibilis, ita vt nulla ratione possit ei subesse falsum; est autem notitia euidens, cui potest subesse falsum aliqua ratione: Physica enim disciplina docet esse tonitrua Vere, accidit autem Vere non esse tonitrua: Astrologia docet perpetuum esse cursum solis; qui tamen iabente Iosue intercisus est. Quare si eadem conclusio scita sit euidèti notitia, cui tamen possit subesse falsum, nihil mirum est, quòd adhuc relinquat locum fidei tollenti illud dubium & suspicionem falsitatis; verbi gratia, Paralyticus sanus factus est à Christo Domi-

8.
Secundum aduertendum.

Domino, & hoc intuitibus perspicuum fuit: ipse autem dixit se hominem illum fuisse; de re eadem perspicua, adhuc erat fides; quia illa euidencia sensus potest falli, fides autem non fallitur; ergo de re eadem euidenti, si quod adhuc superest dubium, relinquatur locus fidei: hac tamen ratione fides est adhuc obscura, quia illud duntaxat declarat, quod in rei euidencia est minus dilucidum. Non ergo mirum est, quod miracula Christi tam magna locum facerent fidei, cum intellectui humano, imò & Angelico, suspicio aliqua falsi posset occurrere, ut in argumentis refutandis liquidum erit.

RESPONSIO.

9. Ad primum. Aliud est, esse aliquid euidenter credibile: aliud, esse euidenter possibile.

Ad primum ergo respondetur concedendo antecedens, quod fides ostendit euidenter mysteria diuina esse credibilia: sed non est bona consequutio; est euidenter credibile; ergo euidenter possibile. Probatio verò consequutionis nulla est, quoniam debet probari ex opposito consequentis, id est, ex eius contradicente, seu ex negatione eius, hoc modo: Non est euidenter possibile, ergo non est euidenter credibile: quæ consequutio mala est, sicut, & præcedens. In argumento verò probatur consequutio ex opposito priuatiuè, quæ probatio nulla est. Si verò contendas, quod priuatio aliquando æquiualeat negationi, impossibile enim, & non possibile idem est. Respondetur, quod non probatur consequutio ex terminis contradictorijs, si extra ipsos maneat aliqua adiectio, sicut manet in argumento adiectio seu particula, euidenter, quæ si includatur in terminis contradictorijs probatio erit recta, sed vtraque consequutio mala, in hunc modum; si est non euidenter possibile, est non euidenter credibile, ergo si est euidenter credibile, est euidenter possibile: vtraque enim mala est consequutio conditionalis. Cum verò particula illa, euidenter, manet extra terminos contradictorios, nõ rectè probatur consequentia ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis; quia non est oppositum consequentis simpliciter, cum particula manet extra terminos contradictorios, ut diximus. In quo sophismate aliqui Doctores hæserunt.

10. Ad secundum

Ad secundum respondetur negando

Antecedens, nullum enim exemplum naturale est Sanctissime Trinitatis: neque illud de anima quadrat; tum quia anima non est idem cum corpore; unde fit, ut anima partes non habeat, quas habet corpus, est enim anima indivisibilis substantia, & ideo tota anima est in qualibet parte corporis, quia ipsa tota est indivisibilis: sed essentia diuina, & personæ sunt omninò idem; quare naturali ratione per exemplum hoc non constat, quod essentia diuina eadem sit tota in personis distinctis, à quibus nulla ratione distinguatur. Deinde anima non est adæquatè in aliqua parte corporis, aliàs nõ esset in alia; neque Angelus adæquatè in aliqua parte loci: Deitas verò est adæquatè in Patre, & adæquatè in Filio. Et adhuc hoc exemplum solum ostendit ex hac parte non esse repugnantiam: sed sunt aliæ difficultates de processionibus, & relationibus, & subsistentijs, quæ in exemplo de anima nõ apparent. Denique hoc exemplum solum ostendit, sicut in Astrologia, positionem hanc Trinitatis non repugnare cum his quæ cernimus, quod in responsione sequenti concedimus. Ad confirmationem respondetur creaturam procedere à tribus personis, quatenus sunt vnum, & idcirco referri etiam ad tres personas, quatenus sunt vnum. Itaque terminus formalis istius relationis est vna essentia diuina, & potest relatio cognosci quidditatiuè in ordine ad diuinam essentiam, non cognitio personis, quia factis est cognoscere terminum formalem relationis, ut ipsa relatio cognoscatur quidditatiuè.

Ad tertium respondetur distinguendo maiorem propositionem. Nam dupliciter potest intelligi, quod soluamus argumentum euidenter: primò, quia videmus non solum fallaciam consequutionis, sed etiam falsitatem antecedentis; & hoc modo non potest soluere argumentum euidenter, nisi qui videt veritatem ipsam oppositam falsitati, quæ in argumento continetur, ut in obiectione intenditur. Alio modo soluit euidenter argumentum, qui videt se non teneri, neque conuinci argumento, qui enim non tenetur, solutus est: & cum hoc potest accidere, ut in solutione decipiatur: forsan enim non conuincitur argumento, quia terminorum significationes nõ

In natura rerum non est exemplum Trinitatis.

Exemplum de anima deficit primò

Deficit secundò

Deficit tertio in multis.

Quid probet

Ad confirm.

Terminus formalis relationis creaturæ est essentia diuina, ut vna.

Dupliciter dicuntur solui argumenta euidenter.

Primò,

Secundò,

fatis

fatis capit. Et qui soluit hoc secundo modo, non videt se non decipi in solutione, sed solum videt secundum explanationem terminorum, quam habet, argumentum non convincere. Deinde et si modis omnibus soluat argumenta opposita, tamen adhuc ignorat, an sit aliud argumentum, quod forsitan non solueret. Et ideo solum videt fidem non repugnare cum rationibus oppositis sibi, sicut Astrologus, ut cap. 10. inter aduertenda docuimus. Præterea, minor propositio negatur quoad id quod asseritur, nos soluendo argumenta confutare cui denter falsitatem eorum, quæ dicuntur contra doctrinam fidei: evidens enim esset doctrina fidei, si contraria falsitas euidenter confutaretur. Ad confirmationem respondetur concedendo maiorem propositionem, quod illud est euidenter verum, quod omni ex parte est consonum rationi: falsum enim aliqua ex parte necessario repugnat cum ratione. Concedimus etiam minorem propositionem, quod nos non inuenimus in doctrina fidei aliquid contrarium rationi; verum tamen, etsi id non inueniamus, non est evidens, quod non sit à ratione discrepans doctrina fidei; quare nulla est consequentia, quod euidenter sit vera.

Doctrina fidei esset euidens, si contraria falsitas euidenter confutaretur. Ad confirm.

Nō est euidens doctrinā fidei omni ex parte esse rationi consonam.

12. Ad quartum. Christi miracula fidei non afferebant euidenciam.

Ostenditur
* Primo.
* Secundo.
* Tertio.

Quartō.

Quintō.

Sextō.

Ad quartum respondetur, quod miracula à Christo effecta non erant euidenter nota hominibus: poterat enim suspicari fieri secundum apparitionem: aut posse effici ab Angelis saltem nonnulla ex illis. * Item ipse Dæmon, qui rerum naturas euidenter nouit, & sciebat esse verè miracula, poterat suspicari hanc potestatem datam à Deo homini Christo, qua ipse malè vteretur ad attestacionem falsitatis; vnde non planè, & euidenter convincebatur ratio, ut sciret vera esse, quæ à Christo asserbantur. Et verba ipsa Christi, & Angelorum beatorum, qui Christo ferebant testimonium in Natiuitate, suspicari Dæmones poterant, quod haberent amphibologiam aliquam, seu ambiguitatem. Sanè Dæmon de veritate Incarnationis saltem vsque ad passionem Domini semper aliquid addubitauit. Imò ex ipsa resurrectione, & triumpho Christi conuictus, non habuit euidenciam de ipsius Deitate; licet conuictus fuerit; & inuitus crediderit credulitate quadam potius, quàm ex euidencia rationis: sicut fide huma-

na non possum negare, velim nolim, Romanam esse; & tamen hæc fides nō est evidens ex lumine rationis, sed multitudine testium opprimitur intellectus, ut negare id non possit; quod de Dæmone videtur suo modo dicendum. Apostoli verò non credebant conuicti, sed libero consensu; aliàs non mererentur credendo. Ad argumentum igitur respondetur concedendo maiorem propositionem, quod Christus in miraculis faciendis attestabatur suam Deitatem. Conceditur etiam minor propositio, quod Deus illis miraculis ferebat testimonium Christo; sed hoc non erat evidens, vel quia miracula non erant euidencia, vel quia non erat evidens Christum Dominum nō posse abuti potestate miraculorum ad falsum: & ita Deus minime illi ferret testimonium in falsis, etsi potestatem miraculorum permetteret; quare cum hoc evidens non esset, neque doctrina Christi habebat evidens testimonium, ita ut esset euidenter vera; bene tamen habebat testimonium euidenter credibile, sed non euidenter nobis notum.

Ad quintum respondetur negando maiorem propositionem, scilicet, quod primus Angelus euidenter nouerit Deum esse, qui illi proponeret mysteria fidei; quia Angelus primus potuit dubitare, an esset aliquis superior Angelus huius facultatis aut naturalis, aut à Deo acceptæ, ut non innotescens ipsi Angelo immitteret ipsius intellectui species illas de Trinitatis arcano, quibus illum deciperet, aut in dubio collocaret. Fides autem Angelo infusa, cum esset supra naturam, nō erat naturaliter illi nota, nec euidenter cognoscebat, quod esset illa immisio à Deo. Fuit ergo primus Angelus in aliqua ratione dubij, & solum ex electione consensit, id probans quod erat rationi magis consentaneum, scilicet, Deum esse qui secum loqueretur, ideoque maxime prudenter fidem adhibuit. Ad confirmationem respondetur, quod etsi verum sit, species à solo Deo immitte Angelis, fortè id nō erat Angelo euidenter notum, aut saltem addubitabat; vtrum hanc potestatem posset Deus alteri Angelo attribuere, qui vellet illum decipere, & qui ipse decipi posset. Itaque conceditur antecedens, quod solus Deus possit Angelo immittere species, sed

Exemplum.

Respondetur ad argumentum.

13.

Ad quintum Primo Angelo nō erat euidenter notum Deum loqui cum ipso in instanti sue creationis

Ostenditur primo. Secundo.

Solum ex electione consensit mysterijs fidei.

Ad confirm.

quia

quia id non erat evidens, & poterat ea potestas dari à Deo alteri Angelo, non est evidens consequentia, quod Angelus sciret Deum esse, qui cum illo colloqueretur.

14.

Itaque sicut miracula antecedentia ostendunt evidenter credibilia esse mysteria fidei, hoc est, digna esse maxime, quibus credamus; ideòque sequitur iudicium prudentiæ egregium, ut ijs credamus: ita loquutio Dei ad Angelos, etsi esse evidens fidei aliàs obstarat quæ est assensus obscurus, erat tamen planè admirabilis loquutio, & quam iudicare deceptione, imprudentiæ esset: eisque etià ideò evidens fuit mysteria illa credibilia esse non solum primo Angelo, sed omnibus; quia non sunt hæc proposita primo Angelo, & ab eo ad alios deriuata; sed proximè à Deo accepta ab omnibus, & eodem modo sunt proposita: per species quidem còmunes, quæ non evidenter indicarent Deum loquentem, diuinitus tamen immixtas; quas rectum esset credere à Deo immitti. Errarent enim maxime si existimarent concessum esse alicui, ut eos illuderet. Nam Deum loqui, eosque non illudi, evidens duntaxat non fuit, sed credibile, & maxime rationi consonum fuit.

Mysteria fidei Angelis omnibus evidenter credibilia fuerunt, & immediatè à Deo proposita.

15.

Urgetur arg.

S. Thom.

Respondetur primò.

Quòd Angelus in primo instanti creationis ab alio deciperetur non fuit absolute impossibile Respondetur secundò.

Tertiò.

Quartò.

Quod si argumento urgeas. In Angelo non fuit error intellectus in primo instanti, quo est conditus, quia ergo omnis operatio illius instans tribuitur auctori nature, ut docet S. Thomas 1. p. q. 63. ar. 5. sed in illo instanti Angelus adhibuit assensum fidei; ergo ipse Angelus evidenter cognoscebat illum assensum non esse prauum, aut falsum, sed rectum, verumque esse. Occurrendum est argumento, d. cendumque est in primo instanti creati Angelum nihil potuisse accipere à Deo, quod ad falsum induceret, sed bene potuisse ab Angelo alio decipi. Hoc tamen etiam pertinuisse ad Dei providentiam, ut in illo instanti nullus Angelorum peccaret, aut deciperetur intelligendo; non tamen fuisse absolute impossibile, ut ab alio deciperetur. Deinde non erat manifestum Angelo se creatum fuisse in illo instanti, cum potuisset per Dei potentiam absolutam creari antea ipse inscius sui; vel decipi ab Angelo preexistente, quem ipse ignoraret. Ea etiam, quæ reuocantur ad Dei potentiam, non sunt à natura manifesta; unde

A possibile esse Angelus crederet se modo aliquo sibi ignoto deludi ab aliqua creatura; ita ut non evidenter cognosceret Deum esse, qui sibi loqueretur. Denique dicendum potius esset Deum subtraxisse Angelo evidentem assensum naturalem, ut daretur locus fidei obscuræ, quam ut fateamur fidem cum evidenti in Angelo coniunctam fuisse. Sed argumentum non cogit nos in tantas angustias. Et hæc etiam possunt accommodari illi argumento communi, quod miracula Christi facerent evidentiam.

Quintò.

16.

Ad sextum. Scientia infusa Trinitatis in Xpo evidens. Primò evidenti in attestate

Secundò evidenti accepta à scientia beata.

Ad ultimum respondetur concedendo antecedens, quod scientia Christi infusa poterat esse evidens circa Trinitatem, tum evidenti in attestante, de qua egimus per evidentem speciem immixtam, quæ loquentem Deum indicaret; tum ex collatione conferendo scientiam infusam cum scientia beatæ animæ suæ, quasi accipiens lumen à scientia sobalternante. Sicut enim fides infusa affert maiorem certitudinem conclusioni evidenter scitæ, quod Deus est; ita & scientia beata efficit evidentiam in actu scientiæ infusæ, cum nulla sit repugnantia, ut 4. tomo dicemus.

Ad confirmationem respondetur, quod nullus potest videre unionem aliquam, quin videat partes unitas; sicut neque compositionem absque partibus componentibus; & ideò qui Deum non videt, non potest videre coniunctionem, & unionem humanitatis cum Deo, nisi intelligat hanc unionem per aliud, idest, per hoc quod videat humanitatem illam non habere suam existentiam, & personam: unde colligitur quod habeat existentiam, & personam divinam: non tamen sequitur ex ea cognitione, quod humanitas subsistat in persona relativa, aut absoluta, ita ut eo argumento indicetur persona filij, in qua est humanitas, sed solum indicatur humanitatem esse in persona divina, & ita non innotescit Trinitas personarum. Quoad secundum respondebis forsan, quod species illa quidditatiua qua video visionem alterius beati non ostendit, quod quid est Deitas, & ideò neque ostendit Trinitatem; & hoc probabis, quoniam illa species non est quidditatiua Deitatis, ut supra ostendimus. Itaque per eam video alterum videre Deum, sed quid videat de Deo, ipse non video: video enim creaturam,

17. Ad confirm.

Per absentiam propriæ personæ, in humanitate colligitur esse personam divinam, non Verbi.

turam, dum video visionem creatam in mente Beati, qua ipse Deum videt; sed quod quid ipse videat, scilicet, quod quid est Deus, ego non video. Sed contra hoc occurrit argumētum; nam species creata evidentē repræsēntat non solum, quod ille beatus videat Deū, sed quod videat Trinitatem, quia visio illa creata in beato est verus intuitus Trinitatis; & non possum videre istam visionem, quin videam esse visionem Trinitatis. Respondendum est concedendo id quod est consequens, quod per illam speciem erit mihi evidens Trinitatem esse, quia id, quod ille beatus videt, necesse est esse. Sed hæc evidentia pertinet ad notitiam intuitiuam, quia est intuitus alterius intuitus, vel visionis. Et ita non est contra conclusionem nostram, quod is, qui videt visionem beatā, habeat evidētiam Trinitatis: asserimus enim citra visionem Dei hanc evidentiam non accidere. Præterea negatur simpliciter, quod possit esse species quidditatiua visionis beatæ, sicut Trinitatis species quidditatiua non datur: quia species quidditatiua visionis istius, est etiam species quidditatiua Deitatis, quia in visione est apertè notum quod quid est Deus: licet enim visio beatorū sit ens creatum; quia tamen est coniuncta cum suo obiecto, ita vt non possit quidditatiuè, aut clarè cognosci visio, quin simul clarè cognoscatur quod quid est res visa; ideo ipse visio quidditatiuè nō potest cognosci, nisi à vidētibus Deū; sicut neque cognosci potest quod quid est Deus, nisi à videntibus Deum. Dicam clariùs; visio non potest clarè cognosci, quin simul clarè cognoscatur res visa; ergo neque visio Dei sine Deo; hoc autem coniunctū visio Dei, & Deus non potest quidditatiuè cognosci, nisi à videntibus Deum.

CAPVT. XIII.

In rebus creatis est imago, & vestigium Trinitatis.

VT verò doctrinam de cognitione Trinitatis, quæ à naturis rerum possit elici, absolutā relinquamus; operæpretium erit breuiter proponere, quæ imago, aut vestigium Trinitatis in natura rerum inueniatur? Et vt explicati- or sit doctrina, etiā de imagine Deitatis

A breuiter differemus, solummodò proponentes ea, quæ ferè scita sunt, & apud omnes concessa. Et vt distinctè rem totam enodemus, in partes tres hoc caput distinguimus.

Prima pars. *Quæ sit in nobis imago Deitatis.*

Secunda. *Quæ sit Trinitatis imago, & vestigium.*

Tertia. *Imago diuina non deletur in nobis per peccatum.*

PRIMA PARS.

Quæ sit in nobis imago Trinitatis.

Imprimis constituendum est, quod in rebus creatis non sit perfecta imago Deitatis; quod etiam apud omnes plañissimè compertum est; de quo argumēto plura commemorat ex Philosophis Clemens Alexand. libr. 5. Stromatum. Nam & Cleanus Stoicus, cum Dei naturā explicaret, illud esse Deum ait, *Quod permanet, potest nec quis imitari.*

B De quo etiam Xenophones. *Qui nec corpore, nec mente est mortalibus illis assimilis.*

Et idem sensit Antisthenes, vt refert Clemēs adhortatione ad gentes, & plura alia sunt apud Clementem. Quamobrem ipse commentatur libr. 1. Stromatum, diuinum numen præfuisse populo Israelitico in figura colūnx, eò quod ista figura nullius rei sit imago, sicut nullum esse potest Deitatis simulachrum; quod idem Patres luculentius confirmant, & docet S. Thom. 1. p. q. 93. art. 1.

C Quare sicut nō est in rebus creatis perfecta imago; ita neque, propriè loquendo, est similitudo in specie, quæ est definitio perfectæ imaginis apud S. Hilariū, vt ibidem docet S. Thom. solutione ad 3. de qua re statim cum Ioanne Scoto differemus. Imò ipse Doctor Sanctus q. 7. de pot. art. 7. ad 4. ex doctrina S. Dionysij negat creaturam similem esse Deo, quia infinitè deficit, distatque à natura diuina.

D Deinde secundum fidem Catholicam asserendū est, quod homo sit imago Dei, licet imperfecta, Genes. 3. *Ad imaginem Dei factus est homo*: & definitum est in Decret. 24. q. 3. cap. penultimo. Et idē maiori ratione asserendum est de Angelis, qui hominibus ratione antecedunt. De qua re S. Thom. 1. p. q. 93. artic. 3.

Perperam

Quidam
Nō potest dari species quidditatiua visionis beatæ.
Visio nō potest clarè cognosci quin simul clarè cognoscatur res visa.

1.
In rebus creatis nō esse perfectam imaginem Deitatis.
Clem. Alex.
Cleanus.
Xenoph.
Antisthen.
Clem. Alex.
Cur Deus in figura colūnx.
S. Thom.
S. Hilari.
S. Thom.
2.
Secundum fidem est hominem esse imaginem Dei licet imperfectam.
Genes. 3.
De Angelis idem.
S. Thom.

Theodoretus
de Angelis per
peram.

D. Gregor.

Ezech. 28.

Euripides.

Similior ima-
go Dei in pro-
bis.

3.
Duplex inter-
pretatio, ly,
ad imaginē
Dei.

Prima. i. Ad
exemplar, vbi
imago sumi-
tur improprie
Secunda. i. vt
fit imago.

4.
Aliæ duæ dicē-
tes. i. ad ideam,
reijciuntur.

Priores duæ
approbantur.

Perperam ergo Theodoretus q. 20. in
Genes. hoc Angelis negavit, eò quòd
in sacris literis non dicantur creati ad
imaginem Dei. Docet autem & eos ad
imaginem Dei esse creatos S. Gregor-
Magnus homil. 34. in Euangel. & af-
fert illud Ezechiel 28. *Tu signaculum si-
militudinis*, vbi etiam in Cherubim
saltem in sensu mystico signū, seu ima-
go Dei describitur. Sed sacre literæ pau-
ca de Angelis docuerunt. Imaginem
etiam Deitatis agnouisse Poetas afir-
mat Clem. Alexandr. lib. 4. Stromatum
ad finem, in electis quidē, & probis vi-
ris. Et idcirco eos appellasse Deiformes,
Diuos, Deo æquales, Concilio Iouis pa-
res, Deo similes. *Corrodentes*, inquit, *il-
lud, ad imaginem, & similitudinem*. Vn-
de Euripides.

*In meo, inquit, tergo sunt penna aurea,
Et aptantur grata Syrenum talaria.
Ibat in immensum sublatus æthera
Iouem conuenturus.*

Sic enim describit Euripides animum
suum euectum ad cælestia cœlitum quo-
dam habitu expeditum, quo refert Deū
imago creata. Errabat tamen, si in solis
probis imaginem agnoscebat, vt dice-
mus: sed quæ perfecta, & similior ima-
go est, in solis probis est.

Quod autem dicitur, *ad imaginem
Dei*, duplicem habet interpretationem,
scilicet, ad imaginem, id est, ad exem-
plar diuinum, quod est diuina essentia;
vbi imago improprie vsurpatur pro ex-
emplari, vt S. Augustinus de fide ad Pe-
trum cap. 1. Dei naturam vocat imagi-
nem, ad quam factus est homo. Vel ad
imaginem, id est, ad hoc effectus vt esset
imago, quasi designetur effectus crea-
tionis.

Non tamen est explicandum, *ad ima-
ginem*, id est, ad ideam, quasi ad idealem
rationē, quā Theologi ideā vocāt. Nam
omnes res creatæ habent ideam in mē-
te diuina, & hoc non esset singulare in
natura rationali. Sed neque imago ibi
accipitur pro idea in mente artificis.
Sed sumitur pro exemplari ipso, cuius
est imago, & quod imago ipsa imitatur,
vel secundum artem, quæ est in mente
artificis, vel secundum naturam; vt Cæ-
sar est exemplar suæ imaginis. Et in eo
sensu Deitas est exemplar nostrum, ad
cuius imitationem efformamur secun-
dum ideam diuinę prouidentię.

A Sanct. Ambros. Exameron lib. 6. cap.
8. & Sanct. Augustinus lib. 83. quæstio-
num, q. 51. aiunt Filium Dei esse ima-
ginem, hominem verò non esse imagi-
nem, sed ad imaginem factum. Verum
ipse S. Augustinus lib. 1. Retractatio-
num cap. 26. eò quòd legerat in S. Pau-
lo, *Vir imago Dei est*, discriminem hoc lo-
quutionis, quòd sit imago, aut ad ima-
ginem, meritò tollit: & Genes. 5. dicitur
Adam genuisse Seth ad imaginem,
& similitudinem suam; cum tamen fili-
us naturalis sit imago perfecta patris.
Idem est ergo dicere, quòd sit imago, aut
ad imaginem. Potest autem dici, quòd
homo sit imago, & quòd imago sit in ho-
mine; sicut talentum dicitur imago re-
gis, & in talento imago.

B Deinde expendendum est discriminem
notum inter imaginem, & vestigiū, quod
vel sensus dignoscit: nam imago refert
rem aliquam secundum similitudinem
in specie, vt filius parentem secundum
essentiam; vel imago regem secundum
delineamenta, & figuram, quæ sunt regi
propria, & imagini cum rege cōmunia.
Vestigium verò refert animal duntaxat
secundum similitudinem quæ est in ef-
fectu secundum genus, & non secundum
speciem; vel refert partem, scilicet, plā-
tam animantis, & non ipsū animal. Qua-
re deficit à ratione imaginis. Et hoc est,
quod refertur ex S. Hilario in lib. de Sy-
nodis, *imago est species indifferens*, Quæ
definitio alio loco est explicanda: Idem
significat S. Augustin. de Genesi ad lite-
ram cap. 16. *Omnis imago similis est ei,
cuius est imago, nec tamen omne, quod est
simile, imago est.*

C Hoc in verbo offendit Ioannes Scot.
in 1. d. 3. q. 5. & arbitratur nō esse neces-
sariam similitudinē in specie; quia homo
est imago Dei, & non habet similitudinē
eiusdem speciei, neque secundum es-
sentiam, neque secundum aliquod attri-
butum.

D Occurrendum est tamen, quòd speci-
es dicitur hic nō proprie, sed lato nomi-
ne, vt ea, quæ conueniunt in analogia
secundum ea quæ sunt sibi propria, di-
cantur similia secundum speciem. Et in
hoc sensu Angelus, & homo dicuntur si-
miles Deo secundum speciem, quia sunt
naturæ rationalis. Itaque rerum aliæ
conueniunt cum Deo in genere substā-
tiæ, aliæ in genere viuētis; homo verò,
E &

5.
D. Ambr.

D. August.
D. Paul.

Idem est esse
imaginem, &
ad imaginem

6.
Discrimen no-
tū inter imagi-
nem, & vesti-
gium.

S. Hilari.

S. Aug.

7.
Scotus.

8.
Ad imaginem
sufficit simili-
tudo in specie
secundum ana-
logiam.

& Angelus in specie rationalis naturæ. Quæ omnia intelligenda sunt secundum analogiam; quia Deus non conuenit propriè in genere, aut in specie cum rebus creatis, vt lib. 5. docebimus. Et hæc est doctrina S. Augustini lib. 83. quæstionum, q. 55. vbi creaturam rationalem affirmat propinquius accedere ad similitudinem diuinam.

S. August.

Definitio imaginis.

Cum ergo imago sit similitudo quædã deducta ab alio, tanquam ab exemplari, ita vt specie conueniat cum exemplari, vt explicatum est, vel secundum substantiam, vel saltem secundum figuram, & propria accidentia; queritur quænam sit ista conuenientia naturæ rationalis creatæ cum increata natura, vnde ea quæ est creata, dicatur esse similitudo, & imago increatæ? & hoc est querere rationem imaginis. Necessè est autem, vt omnis ratio imaginis creatæ dirigatur ad Deum, quod parte tertia capitis explicabitur.

Designantur rationes, ob quas hominodicitur imago Dei.

10.

Præcipua ratio

Præcipua igitur ratio imaginis est rationalitas, & ideò aimus dici hominem imaginem Dei, quia ratione pollet. Affirmat S. Greg. Nyssen. in illud. *Faciamus hominem &c.* S. Basilius homil. 10. in Exameron. S. Ioannes Damasc. lib. 2. fidei orthod. cap. 12. S. Ambros. lib. 6. Exameron. S. Augustinus tractatu 8. in primam Epistolam Ioannis, & lib. 6. super Genes. ad literam cap. 12. tomo. 3. *Sed hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginem suam hominem fecit propter hoc, quod mentem dedit ei intellectualem.* Quod identidem testatur Philo Iudæus lib. quod deterius potiori infidietur, dicens Deum archetypum rationalis naturæ.

S. Greg. Ny. S. Basil. Damascen. D. Ambr. D. August.

Phil. Iud.

11.

Secunda ratio

Secunda ratio huius imaginis est liberum arbitrium. Ita S. Ioannes Damascen. lib. 2. fidei Orthod. cap. 12. S. Gregor. Nyssen. de opificio hominis cap. 4. S. Ambros. lib. 6. Exameron, cap. 8. S. Bernardus de gratia, & libero arbitrio, & serm 80. in Cantica, vbi de tribus libertatibus in spirituali sensu differit.

S. Greg. Ny. S. Ambr. S. Bern.

12.

Tertia ratio.

Tertia ratio imaginis est capacitas diuinorum, vt affirmat S. Gregor. Nyssen. lib. de creatione hominis cap. 17. cum scripura dicit hominem factum ad imaginem Dei, *Aquale est hoc, inquit, ac si diceret humanam naturam omnis boni factam esse participem.* Bonitatis ve-

S. Greg. Ny.

Arò plenitudo diuinitas est. Et S. Bernardus lib. de anima. cap. 1. *Mens siquidē nostra eo ipso eius imago est, quo eius capax est, eiusque participes esse potest.*

Quarta ratio imaginis est immortalitas. Ita S. Augustinus lib. de quantitate anime ca. 2. & Auctor lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, qui eidē S. August. ascribitur, & Beda in expositione Genes. allegorica refert eam fuisse sententiam Originis.

Quinta ratio est rerum dominium, quam rationem ipsa scriptura sacra innuit Genes. 1. *Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, &c.* Hanc affert S. Ioannes Chrysostomus homil. 7. ad populum Antiochenum, & super Genes. Et S. Gregorius Nyssen. de creatione hominis. S. quoque Dorotheus Abbas cap. 12. in sua doctrina, & Sanctus Augustinus de quæstionibus noui, & veteris testamenti, quæst. 45. & refertur in decreto 33. quæst. 5. cap. Hæc imago. Verum S. Anastasius lib. 6. Exam. impugnat hæc rationem imaginis; neq; enim nos aliquando legisse Adamum potestate vsu in pisces maris, neq; hominem dominari piscibus, nisi fortè piscatoria arte, quæ est dolus, nõ dominatus. Anast. tamen ad mysticos sensus deflectitur. Neq; verò fas est negare vsu rerum Adamo fuisse permissum, vt vero Domino; qua etiam dominandi potestate imago est Dei.

Vltimo loco potest assignari amplior quædam ratio imaginis, scilicet, perfectio omnis naturæ rationalis propria, quæ est creaturæ cum Deo communis: nam secundum eam omnem perfectionem creatura imitatur Deum in analogia speciei rationalis. Huc spectat quòd animus hominis, seu Angelus omninò sit materiæ expers: quæ tamen ratio minus pertinet ad imaginem, quia spiritus creatus, remotis potētis, parum refert Deitatis; significat enim substantiam diuinam, quod est commune alijs substantijs; & quòd sit expers materiæ, quod pertinet ad remotionem imperfectionis. Sed quòd animus hominis imbutus sit iustitia, misericordia, pietate, & alijs, quæ Deo maximè conueniunt, haud dubium quin ad imaginem pertineant. Vnde Sanctus Gregorius Nyssen. de Cathec. capit. quint. in ea assimilatione ad imaginem ait omninò pertinere enume

13. Quarta ratio

Beda.

14. Quinta ratio

Genes. 1.

S. Chrysof.

S. Greg. Ny.

S. Dorothe.

D. August.

S. Anastasius
cā impugnat.

Responderetur.

15. Sexta ratio
amplior.

Ratio minus
pertinens ad
imaginem.

Rationes mul-
tæ ad imaginem
pertinentes.

S. Greg. Ny.

enumerationem eorum, quæ Deum expriment. Et de opificio hominis cap. 9. *Multiplices, ac varij sunt huius imaginis colores, quibus nativa Dei forma ad vivum exprimitur.* Igitur homo est imago Dei non solum secundum naturam rationalem, sed secundum ea omnia, quæ natura rationalis habet cum Deo communia.

Homo est imago Dei secundum omnia quæ natura rationalis habet cum Deo communia

16.

Natura humana est etiam vestigium Dei pluribus de causis.

Prima dupliciter explicata. Homo brevis mundus.

Nazianz.

Secunda.

In quo sita sit ratio imaginis in homine, salte precipue.

S. August.

Adiecta principali.

17.

Tostatus.

Indivisibilitas animæ pertinet ad rationem vestigij.

18.

Theodoreto nec Angelus nec mulier est imago Dei.

Natura verò humana, non ut imago, sed quasi vestigium pluribus de causis imitatur quodammodo Deum; quia sicut Deus per eminentiã naturæ est omnia, ita homo per vim intelligendi omnia in se continet: homo verò etiam rationalia secundum animã, & corpus omnia complectitur, quia est brevis mundus. De quo rectè S. Greg. Nazianz. in Oratione in Natali Domini. *Velut secundum quendam & alterum mundum in parvo magnum in terra constituit.* Nam hic parvus mundus, scilicet, homo, magnus est in parvo. Item homo imitatur Deum, quia secundum artem imitatur naturæ opus, quod est divinum, & operatur homo secundum ideã in mente, ut Architectus, quo eodem modo Deitas operatur. Sed hæc non attingunt ipsam rationem imaginis, quæ sita est in Deitatis contemplatione, ut docuimus, vel secundum potentiam, vel secundum operationem. Ad quod etiam pertinet, quod ait S. August. in quæstionibus novi, & veteris testamenti. *Hoc est ad imaginem Dei factum esse hominẽ, quia unus unum fecit, id est, quia unus, & solus homo ante ceteros cõditus referebat unitatem Dei.* Sed huiusmodi similitudines sunt penè innumere.

Alfonso Tostatus Episcopus Abulensis in Genes. q. 28. refert Iudæos ponere rationem imaginis in anima, eò quòd est tota in corpore toto, & in singulis partibus; sicut Deus in orbe toto: & quòd percipit sensibilia, cum ipsa non percipitur sensu. Sed hæc sunt etiam aliqua ex parte communia brutis, & ideo non conducunt ad imaginem, sed ad vestigium.

Theodoretus Genes. q. 20. rationem imaginis ostendere conatur, & nunquam id efficit; eò quòd cum crederet neque Angelum, neque mulierem esse ad imaginem Dei, non poterat assignare eam imaginem in homine, quæ his non esset communis. Sed neque de Angelis equum erat dubitare, ut supra ostendimus, neque verò de muliere. Et videtur deceptus

A verbis S. Pauli 1. Corint. 11. *Vir imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri.* Verum, ut videre est ex his causis imaginis quas retulimus, nulla deest mulieri, ut imago æquæ sit, ut vir, viro tamen subiecta; nam & sub eius potestate dominium habet rerum. Quòd autem eo loco S. Pauli nõ dicatur imago Dei, sed gloria viri, vel est referendũ ad subiectionem, quia debet parere viro, ut Theodoretus innuit, & ideo nõ dicitur imago viri, sed gloria viri, vel ad hoc, quòd ipsa est formata de viro, & propter virum; in qua re vir imitatur Deum, qui est principium, & finis omnium, unde subijcit Apostolus. *Non enim, inquit, vir ex muliere est, sed mulier ex viro.*

B Sed hæc excellentia, quam vir habet, nõ pertinet ad imaginem principaliter, sed est quædam perfectio adiecta. Quare & mulier imago Dei est. Vide S. Basilium homil. 10. in Exameron, & S. Augustin. lib. 12. de Trinitate cap. 7. ubi per allegoriam explicat locum S. Pauli, quòd mulier designet rationem inferiorem, & vir superiorem; & ideo potius dicatur vir imago, quam mulier, sed tamen fateatur esse ad imaginem cõditam. Nam cum

C Scriptura ait Deum creasse hominẽ ad imaginem suam, adijcit. *Masculum, & feminam creavit eos.* Et eodem argumento vitur S. Basilium homil. 10. in Exameron. Et S. Aug. vitur argumento alio, quia in mente non est sexus; sed vir secundum mentem habet imaginem Dei, ergo & mulier. *Renouatur, inquit, ad imaginem Dei, ubi nullus sexus est, hoc est, in spiritu mentis sua.* Eandem quæstionẽ agit S. August. de quæstionibus novi, & veteris testamenti, q. 21. & 24. Et quæstion. ad Orosiũ q. 18. S. Ambros. 1. Corinth. 11. S. Greg. Niss. de Opificio hominis ca. 17. S. Anast. lib. 6. Examer.

D innuit rationem imaginis primam in homine inueniri, id est, principaliter; deinde etiam in muliere; sed certè in imagine, quæ est secundum rationem, nõ est discrimen sexus.

Sanctus verò Ephiphanius hæresi 70. ideo hæsitat, & dubius est in causa imaginis explicanda, quia credit ad eã requiri similitudinem, in qua nihil non sit simile; idque cum impossibile sit in homine inueniri, ait occultam esse, & arcanam imaginem Dei in homine, sed videtur Epiphanius aliter accipere imaginem

1. Cor. 11.

Mulier etiam imago Dei est ob rationes assignatas.

D, Paulus explicatur.

Theodor.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. Basil.

S. Augustini explicatio allegorica.

S. August.

Mulierem esse imaginem Dei probatur.

Genes. 3.

D. Basil.

D. August.

Idem.

S. Ambros.

S. Greg. Ny.

S. Anast. al. ponit discrimen sexus.

Nullum est in imagine quæ est secundum rationem.

19.

S. Epiphanius sententia.

Et a quam

quàm vt Patres accipiunt, quia hæc imago creata est imperfecta, qua in re omnes Patres, & Theologi conueniunt.

Ex his colligitur, quòd homo non est imago Dei, secundum molem corporis; quia neque genere, neque specie conuenit cum Deo secundum quòd est corpus.

Vnde hæretici, qui Deum esse corpus in scite asseruerunt, hominem esse imaginem Dei secundum corpus cõminiscébantur.

Hi nominabantur Anthropomorphitæ. Andæi sectatores, qui hominẽ esse imaginem Dei secundum corpus, quia & Deus esset corporous, aiebãt, vt refert S. Epiphanius hæresi 70, & Theodoretus lib. 4. hæreticarum fabularum, & S. Augustinus lib. de hæresibus, hæresi 50, & Nicephorus lib. 11. cap. 14. & lib. 13. cap. 10. & Theophrastus libr. de hæresibus tempore Apostolorum emergentibus, numero 42.

Contra est S. Basilius homil. 10. in Exameron. S. Gregorius Nyssenus in illud. *Faciamus hominem*, & S. Ambros. lib. 6. Exameron cap. 8. S. Augustinus Psalm. 48. & lib. 6. super Genesim ad literam, & de cognitione veræ vitæ cap. 22. & 1. contra Manichæos cap. 17. & 1. de doctrina Christiana ca. 22. & lib. 12. Trinitatis cap. 7. & S. Gregorius lib. 22. Moralium, & Theodoretus q. 20. in Genesim, Perperam ergo Theodoretus, & S. Epiphanius, etsi Deum corporis expertem fateantur catholicè, cum rationem imaginis nullam decreuissent, dubitarunt esset ne in corpore, aut in sola mente imago Dei; maxime S. Epiphanius, qui exactissimam similitudinem requirebat.

Est autem concors sententia Patrum, quòd imago Dei est in mente, in qua, scilicet, est similitudo secundum speciem analogiæ, vt supra. At verò figura humana in cælum erecta non est imago Deitatis, quia similitudo non conuenit in specie; est tamen vestigium imaginis, vt S. Thomas ait 1. p. q. 93. art. 5. ad 3. quia indicat figura hæc animum ipsum creatum esse ad contemplandum cælestia. Et hoc est, quòd ait S. Augustinus lib. 83. questionum q. 51. quòd corpus hominis propinquius accedit ad imaginem, & similitudinem Dei, quàm cetera corpora. Et lib. 6. Genes. ad literam ca. 12. tom. 3. & libr. de Genes. contra Manichæos cap. 17. *Ita intelligitur per am-*

num, maxime attestante etiam erecta corporis forma, homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei. Ad hoc pertinet quòd S. Greg. Nazianzenus sermone in Natiuitate Christi vocat hominẽ, *mixtum adoratorum, visibilis naturæ spectatorem, intellectus mysten.* Vnde etiam secundum corpus Deo quodammodo vacat, dum sensus ipse spectando cælestia ministrat intellectui, quæ cõtepletur.

Et Cicero ea ratione vocat corpus appendicem animæ, quasi sit additamentum quoddam. Sed longè melius S. Macarius Aegyptius dixit homil. 90. corpus esse imaginem animæ. Quòd & Plato descriuit in fabula Narcissi, corpus appellans vmbra animæ. At verò Philo Iudæus lib. de plantatione Noe elegatissimè obseruat figuram hominis erectam ad contemplationem diuinorum. *Euidens, inquit, simulachrum occulti oculi corpus hoc habemus, quòd potest ad æthera suspicere.* Non ergo solum animus imago Dei est, sed, & homo totus etiam secundum corpus ad contemplationem Dei bene aptatus. Hoc etiam S. Bernardus meminit serm. 24. in Cantica. *Quid enim, inquit, indecentius, quam curuum rectò corpore gerere animum.* Ceteris autè elegatius hoc ipsum Ambrosius in hac verba, Psalm. 118. vers. manus tuæ. *Est enim, inquit, homo statu celsus, vultu decorus, casarie gratus, non in alium caterorum more curuatus animalium, sed ipso natura iure sublimis, qui in cælum libero spectat obtutu, nulla captiua seruitute ceruicis depressus in terram, sed tam propria conscius libertatis, & locuples sui testis auctoris.*

Non verò pertinet ad hanc hæresim, quòd Aug. Eugubinus in sua Cosmopœia, & alij dixerunt Deum corpore hominis efformato accessisse ad hominis creationem, vt etiam secundum corpus hominem conderet ad imaginem sui, ad exemplar corporis assumpti. Nam hi Auctores non similitudinẽ naturæ inducunt vt Deus verè esset corporis particeps, aut homo vera imago secundum corpus; sed solùm credunt fuisse quandã adumbrationem externam in corpore non assumpto hypostaticè, sed solùm extrinsecus aptato, vt postea apparuit Deus Patriarchis frequentius. Hæc tamen existimatio vana est, & nullius auctoritatis.

Non verò pertinet ad hanc hæresim, quòd Aug. Eugubinus in sua Cosmopœia, & alij dixerunt Deum corpore hominis efformato accessisse ad hominis creationem, vt etiam secundum corpus hominem conderet ad imaginem sui, ad exemplar corporis assumpti. Nam hi Auctores non similitudinẽ naturæ inducunt vt Deus verè esset corporis particeps, aut homo vera imago secundum corpus; sed solùm credunt fuisse quandã adumbrationem externam in corpore non assumpto hypostaticè, sed solùm extrinsecus aptato, vt postea apparuit Deus Patriarchis frequentius. Hæc tamen existimatio vana est, & nullius auctoritatis.

Non verò pertinet ad hanc hæresim, quòd Aug. Eugubinus in sua Cosmopœia, & alij dixerunt Deum corpore hominis efformato accessisse ad hominis creationem, vt etiam secundum corpus hominem conderet ad imaginem sui, ad exemplar corporis assumpti. Nam hi Auctores non similitudinẽ naturæ inducunt vt Deus verè esset corporis particeps, aut homo vera imago secundum corpus; sed solùm credunt fuisse quandã adumbrationem externam in corpore non assumpto hypostaticè, sed solùm extrinsecus aptato, vt postea apparuit Deus Patriarchis frequentius. Hæc tamen existimatio vana est, & nullius auctoritatis.

Nazianz.

Cicero.

D. Macar.

Corpus imago animæ.

Philo Iud.

Totus homo ad contempla-

tionem Dei bene aptatus.

S. Bern.

Aug. Eugub.

existimatio vana.

Greg. Ny.

20. Homo secundum corpus non est imago Dei.

Anthropomorphitis hæreticis etiã Deus corporeus. S. Epiph. Theodor. S. August. Nicephor.

Theophr.

S. Basil. S. Greg. Ny. S. Ambr. S. August.

S. Greg. Theodor. Perperam Theodoret. & S. Epiphani.

22.

Figura corporis erecta est vestigium imaginis.

S. Thom.

D. August.

SECUNDA PARS.

Quæ sit Trinitatis imago, & vestigium.

1.
In homine est imago Trinitatis.

S. Greg. Ny.
S. Hilari.
S. Ambros.
S. August.

S. Thom.

Alex. Alēf.
Observatio.

S. Cyrillus.
Contra quosdam.

S. August.

3.
Ruperti
singulare pla-
citum.

Refellitur.

Dicendum iam est, quod in homine sit non solum Deitatis, sed & Trinitatis imago. Quæ est Patrum cōcors sententia, quam etiam colligunt ex illis verbis. *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* S. Gregorius Nyssenus oratione, quam edidit in hæc verba. S. Hilarius de Trinitate. S. Ambrosius lib. 6. Exameron cap. 8. S. Augustin. lib. 3. de Genesi ad literam cap. 19. & 12. de Trinitate cap. 6. & ferè omnes Patres, qui eum locum enarrant: nam plures personæ loquuntur, quibus est hoc commune opus, ut ad imaginem suam hominē efficiant; ergo in ipso homine est trium personarum imago, quæ ipsas personas necesse est referat. Videre S. Thom. in 1. Sententiarum d. 3. & 1. p. q. 93. art. 5. & 8. & rectè quidem Alexand. Alens. 1. p. q. 58. membro 4. fess. 1. observat non solum esse hominem conditum ad imaginem Trinitatis, sed ipsam beatissimam Trinitatem serie propagationis referre; quia ex vno Adamo Eva; & ex duobus, scilicet, Adamo, & Eva Cain: sicut ex vno Patre Filius; & ex Patre, & Filio simul, Spiritus Sanctus.

Aliqui dixerunt hominem factum ad imaginem Filij, & non Patris: Alij verò ad imaginem Patris, & nō Filij, ut refert S. Cyrillus contra Iulianum libr. 1. Et hoc refellit, cū neque solus Pater, neque Filius solus dicat. *Faciamus hominem, &c.* Et idem dicit S. Augustin. in opere imperfecto super Genes. cap. ultimo. Singulare est id, quod Rupertus hac in re affert lib. 2. de Trinit. cap. 2. nam in eo quod factus est ad imaginem Dei, ait hominem referre Filium Dei; & in eo quod factus est ad similitudinē Dei, ait hominem referre Spiritum Sanctum; eò quod imago vnius sit, similitudo autem inter duos quasi media, & iam cōmunis: Est autem Spiritus Sāctus medius quodammodo inter Patrem, & filium, ut mutus amor. Sed hoc eodem argumento refellitur; nam in ijs verbis: *Ad imaginem, & similitudinē nostrā,* dilucidè significabatur esse imaginem communem, & similitudinē communem, vnam scilicet, trium personarū; & ideo nomine personarū dicitur, *nostrā,*

A aliàs non tres loquerentur, sed Pater diceret, ad imaginē meā; & Pater, & filius, *Ad similitudinē nostram.* Preterea omnes Patres cōsentiunt hāc imaginē, totā Trinitatē referre, idque asserti verbis illis.

Quod autē in homine sit imago Trinitatis, secundū S. August. lib. 9. de Trinitate, explicatur dupliciter; primò secundū potentias animæ, memoriā, intellectum, & volūtātē, ut memoria referat Patrem, intellectus filium, voluntas Spiritū Sanctū. Deinde secundū operationē, scilicet, quod in nobis est processio verbi, & amoris; nam per similes operationes intellectus, & voluntatis in Deo procedit Verbū, quod est Filius; & amor, qui est Spiritus Sāctus. Et hæc secunda Trinitas secundū operationē, dicitur cap. 4. mens, notitia, & amor: illa prior imitatio Trinitatis, quæ cernitur in potētij, est perpetua; sed est solum in potētij, & nō in ipsa operatione, quo deficit à perfectione beatissimæ Trinitatis: ea verò quæ cernitur in operatione, est transiens, & non permanet in nobis, quo etiam discedit à perfectione eadem Trinitatis sanctissimæ. Nihilominus hæc est perfectior imitatio; quoniam cū Trinitas constet ex origine, quæ est actualis operatio, magis exprimitur in operatione nostra, quā in potētij. Preterea potentia non distinguuntur realitè, ut diuinæ personæ, nam memoria, & intellectus est res eadem: Et præterea Trinitas potentiarum non significat processionē, sed essentiā; Verbū verò, & amor realitè distinguuntur inter se, & ab ipso intelligente; & indicant processionem, cum sint termini operationis, & nō ipsa operatio, ut infra dicemus.

B Posset quis obijcere quod miscemus potentia, & operationes in secūda Trinitate, scilicet, mētē, notitiā, & amorē: nam mens significat animum ipsū, aut superiorem animi partem, quæ est potentia intelligēdi; notitia verò, & amor procedūt per operationes mentis. Quæstionem hanc soluit S. Thomas in 1. d. 3. q. 5. & ibidem q. 4. vbi plura alia disserit de his, quæ à S. August. sunt asserta circa Trinitatem potentiarum, vel operationum; quæ difficillimæ sunt, & duntaxat ad interpretationem eorum, quæ à S. Augustino dicuntur, sunt necessaria. Sanè non possumus melius explicare eā Trinitatē, quæ in operatione nostra cernitur;

C Posterior est perfectior imitatio. Probatur primo. Secundo. Tertio.

D Vtraque deficit. Posterior est perfectior imitatio. Probatur primo. Secundo. Tertio.

Patrum consensus.

4. S. August.

In homine imago Trinitatis duplex. Prior secundū potentias.

Posterior secundum operationes.

Vtraque deficit.

Posterior est perfectior imitatio. Probatur primo. Secundo.

Tertio.

Trinitas creata, verbi elocutor, verbum, & amor. Aptius verò mens, verbum, & amor.

Hæc in nobis ad naturam pertinent, in Deo ad personas.

S. Thom. 6.

Vestigium Trinitatis est in natura irrationali.

S. August. Duplex Trinitas in seculo hominis.

Prior externa posterior interna.

Explicatur attentio.

Trinitas interna vestigium expressius.

Psal. 83.

Alia Trinitas communis omnibus rebus creatis.

S. August.

Sapient. 9.

nitur: nam si vndequa; significanda esset processio, & origo, diceremus verbi elocutorem, & verbum, & amorem referre Trinitatem: Sed longè aptius, secundum ea quæ in usu sunt, dicitur Trinitas creata, mens, verbum, & amor; vt mens Patrem designet, verbum Filium, amor Spiritum Sanctum. Verum est, quod in hac imagine Trinitatis non est requirenda similitudo, analogiavè adeò exactè; quia hæc in nobis pertinent ad naturam; in Deo verò personæ sunt, is qui Verbum profert, & Verbum, & Amor: sed satis est, quod inveniatur processio in rebus naturalibus secundum naturam, quæ imitatur processioem in Deo personalem, quæ est inter personas, de qua etiam re disserit S. Thom. de pot. q. 9. art. 9.

Vestigium verò Trinitatis inuenitur etiam extra naturam rationalem, quia similitudo vestigij nõ attingit speciem, sed genus, vt supra explicauimus. S. Augustinus lib. 9. de Trinitate cap. 6. duplicem Trinitatem inuenit in sensu hominis: in externo speciem sensibilem, & sensationem, & animi attentionem; ita vt species, quæ est principium, referat Patrem, sensatio filium, animi attentio, quæ est cum voluntatis applicatione, referat Spiritum Sanctum. Similiter in sensu interno species in memoria sensibili impressa referat Patrem, imaginatio filium, & attentio Spiritum Sanctum. Et potest explicari attentio de voluntate sensuali, seu sensibili, vt sint partes eiusdem naturæ sensibilis. Et quidem hæc Trinitas interna, quæ inuenitur in potentia cogitate sensitiua, quatenus attingit quodammodo non Deum, sed obsequium diuinum, prolians aliquid à ratione, magis accedit ad imaginem, vt sic vestigium quoddam expressius. Vnde illud Psal. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, neque in his opus est diutius versari.

Est alia Trinitas communis rebus omnibus creatis, scilicet, modus, species, & ordo, quæ ponit S. Augustinus lib. de natura boni cap. 23. Modus pertinet ad principium operationis, quia est mensura, & referat Patrem; species, seu forma ad imaginem pertinet, & referat filium; ordo pertinet ad finem, quia est propositio, quasi appetitus naturæ, & referat Spiritum Sanctum. Et hæc significantur in illis verbis Sapient. 9. *Omnia in nume-*

A ro, pondere, & mensura disposuisti, vt mensura naturæ referat Patrem; numerus verò, qui pertinet primò ad operationem qua se natura multiplicat, referat filium; & pondus, quod designat propensionem, seu amorem, referat Spiritum Sanctum. Videte S. Thom. in 1. d. 3. quæst. 2. artic. 2. & 1. part. quæst. 93. art. 6.

B Præter hæc Patres alijs similitudinibus solent vri ad explicandum hoc mysterium Trinitatis. Eadè (inquiunt) aqua dicitur fons in sua origine, fluuius dum decurrit, lacus verò dum aliquo loco quiescit. Ita S. Anselm. de Incarnatione cap. 7. Fons ergo refert Patrem, fluuius filium, lacus Spiritum Sanctum, in quo processio diuina sistit, & quasi quiescit. Aqua eadem est, sicut & diuina essentia: nomina autem diuersa fons, fluuius, lacus, sicut & nomina personarum. Vide Conc. Nicen. lib. 2.

C Alia similitudo est luminis: nam in corpore luminoso est lux infra; & effulgentia; & radius seu lux diriuata: lux refert Patrem tanquam principium; & effulgentia, quæ lucem circumstat, refert filium; & radius, qui ultra dimanat, refert Spiritum Sanctum. Fuit autem & in hoc exemplo cuiusdam hæresis, qui asseruit Deitatem esse, quasi lucernam, seu vas continens tria luminaria: Hierarchy enim, vt refert S. Hilarius lib. 6. de Trinitate, *vnus lucernæ duo lumina prædicauit, vt Lychnorum bipartita diuisio substantiam Patris, & filij emularetur*. Sed cauendum est ab hac similitudine, quia videtur inducere tres essentias distinctas in tribus luminaribus diuisis. S. Dionysius peracutè vitatur similitudine trium luminarium suis locis oppositorum, quæ tamen eandem lucem in medio aere efficiunt; ita vt lux vna è luminaribus tribus emissa referat essentiam diuinam vnã in tribus personis. Et quidem 2. cap. de diuinis nominibus sic ait. *Videmus, inquit, in domo multis exstantibus luminaribus, ad vnũ quoddam lumen vnita omnium lumina, & vna claritate indiscreta resplendentia*. Sanct. Bonaventura tomo 1. libr. de luminaribus serm. 13. in sole refert splendorem ad Filium, calorem verò ad Spiritum Sanctum; aptè quidem, quia est in Verbo splendor, & in amore calor.

D In exemplo duorum vel trium luminariũ in vna lucerna hærēt Hierarchy S. Hilar. S. Dionys. Similitudo vnus lucis è tribus luminaribus oppositis emissa.

S. Bonaventura, Aduer.

Locus hic explicatur.

S. Thom.

Trinitatis similitudo in aqua fons, fluuius, & lacus vbiq; eadem. S. Anselm.

Conc. Nicen.

Alia similitudo in lumine.

In exemplo duorum vel trium luminariũ in vna lucerna hærēt Hierarchy S. Hilar.

S. Dionys.

Similitudo vnus lucis è tribus luminaribus oppositis emissa.

S. Bonaventura,

Aduer.

10. Nulla similitudo, seu analogia Trinitatis perfecta est in creatura.

Hilarius.

Damascen.

1. Rationalis natura est imago Dei quatenus ad Deum ordinari potest, vel actu ordinatur.

S. Aug.

S. Thom.

Aduertendum est igitur ultimo loco omnes has similitudines, & imagines imperfectas esse, & non posse ex omnibus partibus cum Trinitate illa exemplari, & increata, conferri. Qua in re omnes Patres consentiunt. Vnde S. Hilarius lib. 1. de Trinitate. *Omnia igitur comparatio homini utilis potius habeatur, quam Deo apta; quia intelligentiam magis significat, quam explicat.* Et infra. *Pergrimus igitur itaque de Deo loquuntur Dei verbis, sensum tamen nostrum rerum nostrarum specie imbuentes.* Species ergo seu similitudo harum rerum sensibilibum blanditur quodammodo, & fauet rationi mysterium Trinitatis inquirenti, sed accedere usque ad analogiam non valet, ut proprium conceptum de Trinitate efformemus ex aliqua similitudine rei create. Et S. Ioannes Damascenus lib. 1. fidei Orthodox. cap. 9. *Impossibile est in creatura compertam imaginem in se ipsa immutabiliter diuinam Trinitatis modum representare; quod enim creatum est, & compositum, & fluxibile, & mutabile, & circumscriptum, & figuram habens, & corruptibile, quomodo liquidum monstrabit omnibus huiusmodi supereminentiam, & substantialitatem.*

TER T I A P A R S

Imago Diuina non deletur in nobis per peccatum.

Sed nequis in legendis sententijs Patrum falsam imbibat intelligentiam, arbitratus imaginem Dei amitti, seu deleri per peccatum, ea nobis disputatio fuit hoc loco agitanda. Illud autem primo statuendum est, imaginem Dei esse in creatura rationali, per hoc quod est ordinata ad Deum. Vnde S. Augustinus lib. 1. de Trinit. cap. 4. de anima rationali asserit, quod, si secundum hoc facta est ad imaginem Dei, quod uti ratione, atque intellectu ad intelligendum, & conspiciendum Deum potest, ab initio quo esse coepit, fuerit in ea Dei imago, vel obsecuta, vel clara. Et eodem lib. cap. 11. expressius ait, quod non propterea est Dei imago in mente, quia sui meminit, & diligit, & intelligit se, sed quia potest etiam meminisse, & intelligere, & amare Deum a quo facta est, ergo imago est ratio collata nobis ad Deum intelligendum. Hoc expresse docet S. Thomas 1. 2. q. 93. art.

A 8. Imò ait dum anima se intelligit, & diligit, nò imitari Trinitatem, nisi hoc referat ad Deum. Probat autem, quoniam similitudo imaginis oportet, ut sit secundum speciem; Verbum autem Dei, quod procedit per cognitionem Deitatis, oportet ut sit exemplar Verbi creati, quod scilicet Deitatem cognoscamus; alias Verbum hoc, & illud non sunt secundum speciem similia. At verò S. Thomas in 1. 2. q. 93. art. 4. obscurius, & per plura de hac re disserit; est tamen interpretandus, quod nunquam admittat imaginem in ordine ad alia obiecta, nisi quia ea obiecta ad Deum, quod est primum, posunt referri, vel actu referuntur. Et S. Bernardus lib. de anima cap. 1. *Non propterea eius imago est, quia sui meminit mens, seque intelligit, sed quia potest intelligere, ac diligere, a quo facta est.*

B Ex qua notatione duo sunt consequentia. Et quod in peccatore maneat imago secundum potentias, quia manet liberum arbitrium, in quo est propensio quaedam ad bonum, quae nunquam per peccatum conuulitur. Et quod secundum operationem in peccatore non est imago Dei, dum mentem abijcit ad res creatas contra legem Dei. Illa ergo imago perpetua est: haec verò mutabilis, quia ipse peccator modo vult id quod rectum est, modo verò id quod iniquum; quod S. Bernardus lucidè proponit serm. 80. in Cantica de tribus libertatibus disserens. *Hinc est fortassis, quod solum liberum arbitrium sui omnino defectum seu diminutionem non patitur, quod in ipso potissimum aeternum, & incommutabile substantia, substantia quaedam imago impressa videatur. Nam et si habuerit initium, nescit tamen occasum; nec de iustitia, vel gloria capit augmentum, nec de peccato, siue miseria detrimentum. Quid aeternitati similitudis, quod non sit aeternitas? Porro in alijs duabus libertatibus, scilicet consilij, & complaciti, quae uiam non solum ex parte minui, sed ex toto amitti possunt, accidentalis quaedam magis similitudo sapientiae, atque potestatis diuinae imaginis suspendenda cognoscitur.* S. Augustinus lib. contra Adimantum cap. 5. refert haereticos Manichaeos obijcere repugnantiam in verbis Christi Domini, *Vocem Patre Diabolo estis.* cui scriptum sit ad imaginem Dei factum esse hominem. Sed nò aduertebant ad ima-

C **D**

Verbum diuini nò solum est exemplar Verbi creati illius quo cognoscitur Deitas.

S. Thom.

Vel alia obiecta in ordine ad Deum. S. Bern.

2. In peccatore manet imago Dei secundum potentias, non verò secundum operationes.

S. Bern.

Liberum arbitrium semper idem, ideoque est potissimum substantia quaedam imago aeternae, & immutabilis substantiae.

Operationes consilij, & complaciti accidentales quaedam similitudo superducta.

S. Aug.

Manichaei refutantur.

ginem secundum operationem, quæ mutatur in ijs, qui dicuntur filij Diaboli, eò quòd illum imitantur, manente imagine in animæ potentijs, secundum quam dicitur homo conditus ad imaginem Dei.

De hac imagine secundum operationem, intelligendum est illud Pauli. 1. Corin. 15. *Sicut portamus imaginem terreni, portemus imaginem celestis.* Nam cum imago secundum potetias non deleatur, neque imago supra imaginem inducatur, superest ut interpretemur S. Paulum loqui de imagine secundum operationem, ut sit cõmutatio terrenæ imaginis cum cœlesti: nam & imaginem Dei gerere, est per opera ostendere fidem, & dilectionem. Hoc est item quod vehementer. S. Anselmus suadet. Monolog. cap. 65. *Rationalis creatura nihil tantum debet studere, quam imaginem hanc sibi per naturalem potentiam impressam, per voluntarium affectum exprimere.* Et infra. *Quis enim negat quacunque meliora sunt in potestate, ea magis debere esse in voluntate?* Virgens sanè persuasio, ut imaginem Dei ex potentia animæ, ad effectum quoque proferamus. Et S. Bernardus in libr. de anima cap. 1. *Oportet ergo id, quod ad imaginem est, cum imagine convenire, & non in vacuum nomen imaginis participare.* Marius Vict. lib. 1. contra Arium, imaginem collocat in ipsa animæ substantia: similitudinem verò in qualitate: sed melius ponitur imago in libero arbitrio, quod etsi sit qualitas, non extinguitur, sed semper manet; similitudo verò, siue perfectio imaginis in operatione cernitur, quæ mutatur.

Similiter secundum hanc operationis imaginem homines comparantur brutis, & feris: non tamen quòd imaginem Dei exuant, quæ est in potentijs, scilicet liberum arbitrium, & rationem. Et Job. 40. cap. vocat Deus malum Dæmonem *Bebemotb.* secundum intelligentiam S. Thomæ eo loco, quòd imaginem Dei deleuerit, saltem secundum operationem, ita ut imitetur bruta, quæ ratione caret. Quod etiam observant Patres Genes. 3. in principio, cum Dæmò specie serpentis. Eua congressus est. S. Augustinus primæ epistolæ Ioãnis tractatu 8. *Idèd, inquit, multum cum per cupiditates malas deterrerent in se imaginem Dei, & ipsam quomodo flammarum intelligentiæ perversitate morum extinguerent; clamat illis scriptura.*

Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Hoc discrimen imaginis cernitur in homine secundum quod etiam Trinitatis imago est. Nam cum referat Trinitatem secundum potentias, & secundum operationes, haud dubium est, quin manente imagine secundum potentias, secundum operationem imago Trinitatis mutetur. Et hoc est, quod S. Thomas 1. p. q. 93. art. 8. ostendit. Nam id verbum, quo cogitamus res temporali subiectas, non refert Verbum diuinum; & is amor, quo rebus his hæremus, nihil minus refert, quam Spiritum Sanctum. Hæc ergo creata Trinitas perficitur per fidem, & charitatem; quia per has operationes intelligimus arcana diuinitatis, & ipsam, prout in se est, diligimus. Erit verò perfecta Trinitas creata, quando Deum viderimus, tunc enim maxime similes erimus; itaque erit in nobis imago Trinitatis absolutissima, quia videbimus clarè Deum, & diligemus apertè visam essentiam Deitatis, sicut Deus se videt, & diligit, seque fruitur.

In homine tamen peccatore secundum potentias manet imago Trinitatis; manet namque liberum arbitrium, ut fides docet: item manet dominium rerum; manet etiam natura rationalis, & propositio ad bonum, in quibus secundum potentias est imago Trinitatis. Sed secundum operationem non est imago, nisi operatio dirigatur ad Deum. Et licet ex potentia per peccatum deordinata sint, & inuersa, manet tamen potentia in natura, ut ad ordinem redeat; & idèd non amittitur imago, sed est supra imaginem scditas, & turpitude inducta. Sed & habitus referunt Trinitatem, vel Deitatem, non secundum potentias, sed secundum operationem; quia habitus virtutum consequimur, & positus pro libertate, ut volumus: & ipsa gratia, quæ est ornatus essentia animæ, seu manentia peccati, quæ est animæ turpitude, pertinet ad imaginem secundum operationem, quia hæc imago est mutabilis. De hac igitur intelligenda sunt Patrum sententiæ, quoties affirmant imaginem Dei per peccatum deleri. Quod quidem discrimen imaginis inueniunt Patres in illis verbis, *Ad imaginem, & similitudinem nostram.* Nam etsi similitudo perfectissima sit imago ipsa, quæ est similitudo

Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.

Hoc discrimen imaginis cernitur in homine secundum quod etiam Trinitatis imago est. Nam cum referat Trinitatem secundum potentias, & secundum operationes, haud dubium est, quin manente imagine secundum potentias, secundum operationem imago Trinitatis mutetur. Et hoc est, quod S. Thomas 1. p. q. 93. art. 8. ostendit. Nam id verbum, quo cogitamus res temporali subiectas, non refert Verbum diuinum; & is amor, quo rebus his hæremus, nihil minus refert, quam Spiritum Sanctum. Hæc ergo creata Trinitas perficitur per fidem, & charitatem; quia per has operationes intelligimus arcana diuinitatis, & ipsam, prout in se est, diligimus. Erit verò perfecta Trinitas creata, quando Deum viderimus, tunc enim maxime similes erimus; itaque erit in nobis imago Trinitatis absolutissima, quia videbimus clarè Deum, & diligemus apertè visam essentiam Deitatis, sicut Deus se videt, & diligit, seque fruitur.

In homine tamen peccatore secundum potentias manet imago Trinitatis; manet namque liberum arbitrium, ut fides docet: item manet dominium rerum; manet etiam natura rationalis, & propositio ad bonum, in quibus secundum potentias est imago Trinitatis. Sed secundum operationem non est imago, nisi operatio dirigatur ad Deum. Et licet ex potentia per peccatum deordinata sint, & inuersa, manet tamen potentia in natura, ut ad ordinem redeat; & idèd non amittitur imago, sed est supra imaginem scditas, & turpitude inducta. Sed & habitus referunt Trinitatem, vel Deitatem, non secundum potentias, sed secundum operationem; quia habitus virtutum consequimur, & positus pro libertate, ut volumus: & ipsa gratia, quæ est ornatus essentia animæ, seu manentia peccati, quæ est animæ turpitude, pertinet ad imaginem secundum operationem, quia hæc imago est mutabilis. De hac igitur intelligenda sunt Patrum sententiæ, quoties affirmant imaginem Dei per peccatum deleri. Quod quidem discrimen imaginis inueniunt Patres in illis verbis, *Ad imaginem, & similitudinem nostram.* Nam etsi similitudo perfectissima sit imago ipsa, quæ est similitudo

In peccatore manet imago Trinitatis, quoad potentias, non quoad operationes.

Maximè perfecta est in beatiss.

6. In peccatore manet imago Trinitatis, quoad potentias, non quoad operationes.

7. Habitudo omnes, imò ipsa gratia pertinet ad imaginem quoad operationes.

Gen. 3. *Ad imaginem, & similitudinem nostram.* Nam etsi similitudo perfectissima sit imago ipsa, quæ est similitudo

Psal. 31.

Homo etiam Trinitatis imago secundum potentias, & secundum operationes.

S. Thom.

Creata Trinitas perficitur per fidem, & charitatem.

Maximè perfecta est in beatiss.

6. In peccatore manet imago Trinitatis, quoad potentias, non quoad operationes.

7. Habitudo omnes, imò ipsa gratia pertinet ad imaginem quoad operationes.

Gen. 3.

S. Thom.

3. D. Paulus 1. Cor. 15. explicatur.

Imaginè Dei gerere, est per opera ostendere fidem, & dilectionem.

S. Anselm.

S. Bernard.

Marius Vict.

Imago in libero arbitrio non extinguitur, sed semper manet; perfectio imaginis in operatione.

Job. 40.

S. Thom.

S. Aug.

Cur præter ly militudo in specie, & expressa, vt supra; ad imaginem, tamen cum imagini additur similitudo, addatur ly, & clarius significatur ipsa imago absolutissima. Nonnulli aiunt imaginem significari in natura, similitudinem verò in moribus: quam opinionem sequitur S.

Anastasius. Anastas. lib. 6. Examer. *Illud, inquit, ad similitudinem, est vite institutionis, qua libera electione suscipitur.* Qua forma loquendi in peccatore est imago Dei, nõ similitudo: quod & Philo Iudæus videtur innuere lib. de mundi opificio, dicēs additum esse, ad similitudinem, ad significandum exactum sigillum.

Philo Iud.

Rupertus lib. 2. de Trinit. cap. 2. scilicet, quod ad similitudinem effecti sunt soli prædestinati; reprobi verò ad imaginem duntaxat. At verò cauendum est ab hac doctrina, quoniam videtur significare eos non consequi gratiam, qui eam sunt in posterum amissuri, quia reprobi sunt; quæ hæresis damnatur ab Ecclesia, vt tomo 3. videbimus.

Sed singulare est, quod adijcit ad hæc Rupertus lib. 2. de Trinit. cap. 2. scilicet, quod ad similitudinem effecti sunt soli prædestinati; reprobi verò ad imaginem duntaxat. At verò cauendum est ab hac doctrina, quoniam videtur significare eos non consequi gratiam, qui eam sunt in posterum amissuri, quia reprobi sunt; quæ hæresis damnatur ab Ecclesia, vt tomo 3. videbimus.

Qui autem negauerit manere in peccatore imaginem Dei, incurrit in suspicionem duarum hæresum; altera est, quod videatur negare liberum arbitrium in peccatore, & capacitatem diuinorum, ratione quarum rerum dicitur homo conditus ad imaginem Dei. * Altera, quod neget etiam hominem peccatorem esse verum Dominum rerum suarum; nam & ratione dominationis dicitur homo quoque imago Dei, vt supra. Fuit autem ea hæresis Vuideuistarum negantium in vtro peccatore rerum suarum dominationem, aut imperij ditionem manere. S. Epiphanius epistola ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, quæ recensetur inter epistolas S. Hieronymi n. 6. refert inter hæreses Originis, quod crediderit imaginem Dei non manere in peccatore. Et quidem Origines homil. 1. in Genes. in illa verba, *Faciamus hominem, &c.* ita videtur sentire. Sed homil. 13. in librum eundem iterum eadem verba explicans, oppositam sententiam haud dubiè tenet. *Filius Dei, inquit, est pictor huius imaginis. Et quia talis, ac tantus est pictor, imago eius obscurari per incuriam potest, deleri per malitiam non potest. Manet enim semper imago Dei in te, licet tu tibi ipse superducas imaginem terreni.* Quare vel se explicauit, si quid obscurius alibi dixisset, vel

10. Qui negat imaginem Dei in peccatore manere incurrit in suspicionem duarum hæresum. *Prima. *Secunda,

Hæresis Vuideuistarum.

S. Epiphanius.

Hæresis Originis.

Origines illi suspectam sententiam retractauit, vel se elucidauit.

A saltè retractauit. Nam & apud S. Ang. quædam obscura sunt lib. 83. quæstionum q. 67. & 6. super Genes. ad literam cap. 27. & 28. Sed lib. 1. Retractionum cap. 26. & libr. 2. cap. 24. veram sententiam apertè pronunciat, cum de amissione imaginis nonnihil dixisset, *Hoc, inquit, non ita accipiendum est, quasi totum amiserit homo, quod habebat imaginis Dei. Nam si omnino amisset, non esset propter quod diceretur Roman. 12. Renouamini in nouitate sensus vestri.*

Mathias Flaccus Illyricus recens hæreticus, non solum ait amissam imaginem per peccatum, sed hominem transisse in viuam, & substantialem imaginem Diaboli, vt refert Gregorius de Valentia de fine hominis q. 3. vbi latè reprehendit amentiam hominis, & hæresim arguit.

Supereest tamen nobis dubium, an maneat imago Dei in damnatis? Et videtur quidè quod absolutè non manet; nam sunt quidè Angeli spiritus, & animæ hominum; sed ratio spiritus non sufficit ad imaginem, vt supra: sunt & in illis potentia animæ; sed non est liberum arbitrium ad bonum, cum propria voluntate destinati, & addicti sint ad malum: vnde sola ratio speculatiua est aliqua ex parte integra, practica autem est Deo aduersa. Si ergo placet dicere, eos esse imaginem secundum partem speculatiuam duntaxat, esto: sed sanè imago, quæ solum capite referret hominem, cætera leonem, non diceretur imago hominis.

CAPVT XV.

Conueniens fuit hoc mysterium nobis reuelari.

Magni momenti sunt rationes, ob quas Deo fuit optimè visum mysterium Trinitatis nobis detegere. Et imprimis in gloriam ipsius, iuxta illud Ecclesiastici. 43. *Maiores est omni laude, ne laboretis, non enim comprehendetis.* Cedit enim in gloriam Dei fides Trinitatis, in qua tota ratio naturalis fileat, & obstupescit.

Secundò in augmentum meriti, quod fides sibi vendicat, tum ex eo, quod nos submittimus fidei abnegantes nos met ipsos, id est, nostrum intellectum, quem etiam in captiuitatem redigimus, teste S. Paulo 2. Corinth. 10. tum maxime quod

S. Aug.

Flaccus recens hæreticus.

Valentia.

12. In damnatis nõ manet absolutè imago Dei.

Vt nec liberum arbitrium ad bonum, nec ratio integra, præsertim practica.

1. Rationes reuelandi nobis hoc mysterium. Prima, Gloria Dei. Eccles. 43.

2. Secunda, Augmentum meriti nostri.

2. Cor. 10.

Chrysof.

quod de Deo magna quaedam concipi-
mus, quod adnotavit S. Ioan. Chrysof.
in illud S. Pauli, Roman. 4. *Credidit Abra-
ham Deo, &c.* Quibus verbis fidei meri-
tum immolanti filium praefertur. *Fides,*
inquit Chrysofostomus, *est magni animi,*
& magna de Deo philosophantis. Mag-
nitude ergo rei, cui credimus, adauget
maximè fidei meritum.

3. Tertia, Mani-
festatio dilecti-
onis diuinæ.

Ioan. 15.
S. Basiliius.

Tertio, vt Deus amorem nostrum pro-
uocaret, dilectionis suæ signum maximū
exhibens, dum ipsius Deitatis arcana
nobis aperit. Ioanis. 15. *Iam non dicam*
vos seruos, sed amicos. Vnde spes etiam
& fiducia in nobis maximè erigitur.
Quamobrem meritò admiratur S. Basi-
lius opuscul. 5. de symbolo cap. 1. quod
tam dilucidè confiteatur anula pauper-
cula abdita mysteria, quæ latent sum-
mos Philosophos, vt impleatur vaticini-
um Isaia cap. 9. *Repleta est terra scientia*
Domini.

4. Quarta, Nos-
tra naturæ di-
gnitas, & intel-
lectus perfec-
tio.

Arist.

Quarto ad dignitatem, & decus natu-
ræ nostræ, & ad intellectus perfectionē.
Nam excellentia obiecti non corrup-
pit intellectum, sicut sensum, imò perfic-
cit, vt docet Aristoteles 3. de anima tex.
7. & tex. 67. Vnde in cognitione rerum
sublimium quantumuis obscura, maiore
nobilitatem, atque oblectamentum cō-
sequitur, quam in rerum abiectarū aper-
ta euidencia, vt ipse Aristoteles docet
lib. 1. de proprietate animalium cap. 5.
& lib. 2. de celo tex. 61. & idem lib. 10.
Ethicorum cap. 7. reprehendit tacitè Sy-
monidem, quod à rerum sublimium in-
uestigatione declinaret, Humana, inqui-
ens, oportere sapere hominem, & mor-
talia mortalem. Imò, ait Arist. vt animi
abiectionē superemus, ad altiora oportet
mentem euehere, quia animus con-
sideratione rerum humiliū vilescit. Re-
ctè verò S. Hilarius lib. 2. de Trinit. c. 4.

Idem.

Animus con-
sideratione hu-
milium vilescit.

S. Hilarius.

Hac credendo incipe, percurre, persiste,
etsi non peruenturum sciam, gratulabor
*tamen profecturum: qui enim pie infini-
ta profecturum, etsi non contingat ali-
quando, semper tamen proficiet proce-
dendo.*

5. Quinta, Cœ-
lestium desideriorum exci-
tatio.

Arist.

Quintò, vt homines discant superna
desiderare. Qua mète Philosophi, vt le-
gimus 7. Ethicorum cap. 15. & 10. libr.
cap. 1. & 5. de rebus cœlestibus disputa-
bant, vt à sensibilibus homines auoca-
rent. Cognitio igitur Trinitatis, quæ to-
tam rationem longè superat, nō parum

A excitat desiderij erga ipsius Trinitatis
beatificam visionem. Sed huiusmodi ra-
tiones ferè communes sunt in alijs fidei
nostræ mysterijs, de quibus S. Thom. 1.
contra gentes cap. 5. At verò 1. p. q. 32.
art. 1. ad 3. aliam adijcit, vt scilicet ordo
creationis ex parte conditoris innotes-
cat, quia Deus non naturæ necessitate,
sed per Verbum suum, ex amoreque sui,
in quibus vtraque processio diuina in-
dicatur, res mundanas condidit.

Potissima ratio est, quia mysteriū In-
carnationis non potuit scitè doceri, nisi
B explicata personarum distinctione; cum
vniō carnis non sit facta in natura Dei,
sed in persona; & non in tribus personis,
sed solū in Verbo. Vnde Prophetis
degebatur mysterium hoc expressè,
quando de incarnatione Domini fiebāt
certiores. Et dignum Deo est, vt tunc se
ipsum manifestè ostendat, cum se nobis
exhibet, & impendit; tunc enim palam
factus est filius Dei, cum est nobis datus.
Sed longior tractatio de hac re ad dis-
putationem Theologam non pertinet.
Videte S. Augustinum de verbis Domi-
ni ser. 38. in illud, *In principio erat Ver-
bum, &c.* Vbi fusissimè loquitur de dig-
nitate, atque vtilitate fidei circa hoc
mysterium.

CAPVT XVI.

Quod plures sint diuina Persona, non
vna, probatur ex veteri testamento.

H Astenus longa disputatione ostē-
dimus, veritatem Trinitatis ita esse
in arcana Deitate conclusam, vt nulla
ratione naturali aperiatur, aut explicetur.
Quamobrem necesse est, vt Trinitas
ipsa, quæ est vnus, & verus Deus, sese ag-
noscedam præbeat per colloquium, quo
possunt aperiri ab eo, qui nouit, ea quæ
ab alijs ignorantur. Dum verò ipsum Dei
colloquium nobis obscurum est, quia lo-
quentem non intuemur, vt præmonui-
mus; necesse est, vt assensus, quem Deo
loquenti præbemus, obscurus sit, ilque
fides diuina dicitur, id est, fides Deo ad-
hibita de rebus quoque diuinis. Vnde S.
Augustinus tom. 10. lib. 50. homiliarum
homil. 32. *Fides, inquit, gradus est intel-
ligendi, hoc est, ad eorum, quæ non in-
telligimus, intelligentiam, per fidē gra-
dum facimus, iuxta illud Isaia. 7. Nisi*

S. Thom.

Sexta propria
Vt ordo crea-
tionis ex par-
te conditoris
innotescat.

Septima & po-
tissima ratio.

Vt mysteriū
Incarnationis
scitè docatur

S. Aug.

S. Aug.

Nisi
credi.

S. Aug.

Fructus pietatis fides, fidei verò fructus intellectus.

Tertull.

2.

3.

Cōtra Iudæos commune argumentum.

Genes. 1.

S. Hieron.

In ly Creauit

Eloim, significatur natura vnitas, & personarum pluralitas.

Magist.

Lyranus.

Galatinus.

Eugub.

Burgens.

Catharinus.

Dissentit Caietan. & Toft.

Fallitur in Hebraea voce Caiet.

Job. 12. & 32

Eloha. i. Deus.

Habacuc. 3.

Aequitur pro Caiet.

Numeri cum numero com-

credideritis non intelligetis. Ita enim legit S. Augustinus iuxta translationē 70. quod in versione latina correctā legitur, *Non permanebitis*. Idemque S. August. tractatu 22. in Euangel. Ioānis ait. *Fructus pietatis fides, fidei verò fructus, intellectus, &c.* Et Tertullianus lib. 4. cōtra Marcionem, *Intellectum fides mereatur.*

Neque verò sapienter aliquis iudicabit inutilem esse, aut absque operæ pretio disputationē contra Iudæos de Spiritus Sancti Deitate, cum & ipsi nō obscure possint veteris testamenti auctoritate conuinci.

Primò igitur ostendendum est ex sacra scriptura veteri, quam Iudæi quoque nobiscum, vt veras Dei voces, & collocationes venerantur, & colunt, plures esse in Deitate personas. Et est commune argumētum ex initio Genes. *In principio creauit Deus*, vbi in Hebræo est, *creauit Eloim*. Et quidē S. Hieronymus testatur plerosque existimare in forte Hebræo legi, *in Filio creauit*: vt fiat aperta mentio Filij, sed eam lectionem non approbat. Nobis tamen argumento satis est id, quod est certè compertum legi Hebraicè, *creauit Eloim*, quod est *Dij*: verbum enim, *creauit*, quod est numeri singularis vnitatem naturæ significat; nomen verò, *Dij*, cum sit numeri pluralis, & non significet naturas plures obstante verbo singulari, superest vt significet plures personas in natura eadem. Hoc sensu interpretatur Magister locū istum 2. sentent. dist. 1. quem sequuntur scholastici Doctores, & consentiunt Nicolaus de Lyra, Petrus Galatinus, Augustinus Eugubinus, Paulus Burgensis, Ambrosius Catharinus. Refragatur verò Thomas Caietanus, & ante Caietanum doctissimus Alfonsus Toftatus, qui aiunt non significari his verbis personarum distinctionē. Et quidē Caietanus credidit nomen, *Eloim*, carere numero singulari, in quo est deceptus cum non esset Hebraicè peritus. Est enim nomen, *Eloha*, Job. 12. *Inuocabit Deū*, Hebraicè *Eloha*: & 36. *Adhuc habeo, quod pro Deo loquar*. Et Habacuc. 3. cap. *Deus ab Austro veniet*, in quibus locis legitur, *Eloha*, quod Burgensis quoque fatetur. Negari etiam non potest esse idiotismū linguæ illius non solum commutationē numeri, vt nomen plurale pro singulari

A vsurpent Hebræi; sed vt vnum cum altero coniungant, Genes. 24. *Posuit ergo seruus manum sub femore Abrabā Domini sui*. Hebraicè, *Dominorum suorū*. Isaia. 19. *Tradam Agyptum in manum dominorum crudelium*. Hebraicè *dominorum duri*. Ecce nomen singulare, & plurale coniunguntur. Et cum verbo singulari nomen plurale Genes. 42. *Locutus est Dominus terræ durè*. Hebraicè, *Dixit nobis Domini terræ durè*. Et clariùs adhuc Exod. 20. *Non habebis Deos alienos*. Hebraicè, *non erit tibi Dij alieni*. Ecce cum de Dijs vanis loqueretur numero plurali, verbum singularis numeri vsurpauit absque vlla mysterij latentis significatione, si saltē ad literā verba explicemus. Plurali etiam numero vsurpari nomina illustrium virorum testantur nonnulli; legito Riberam Michæ. 5. & Bellarminum lib. 2. de Christo cap. 6. Et confirmatur opinio Caietani, quoniam cum discedendum sit ab hac loquutione Deorum, ne dicamus plures Deos, nō facile persuadebis in eo quod legitur creauit *Dij*, intelligi personas diuinas, quasi ea sint dicendæ *Dij*. Siqua ergo est significatio diuinarum personarum eo in loco, vt aliqui piè interpretantur; non est ex sensu literæ eruenda, sed ex mystico sensu fortassis; quod tamen apud S. Hieronymum, & Originem obseruantissimum mysticorum non reperitur. Nō nihil tamē significationis mysticæ est, quod in toto opere creationis sæpè repetatur, *Eloim*, pluraliter, & nūquam, *Eloha*, singularitè; quod obseruat Burgensis d. 9. Scrutinij cap. 2. & cap. 3. refert antiquos Iudæos ea difficultate comotos explicasse, *Eloim*, id est, Deū, & Angelos; quod Burgensis doctè refutat. Et ita in hoc nomine, *Eloim*, mysterium subesse iudicant præter Burgensē, Lyranus, & Galatinus, & Magister d. 2. & Gilbertus Genebrardus Hebræi sermonis peritissimus, argutissimusq; interpretres Psalmorum, cōmentario in Psal. 10. in illud, *Aequitate vidit vultus eius*. affirmat legi in fonte, *aequitatem vidit vultus eorum*, ad designandum numerū personarum. Et ibidem recitat ex Abbē Ezra, Rabbi Iaphet sensisse rectissimè mysterium indicari Genes. 20. cum dicitur, *Eduxerunt me Dj*, scilicet, diuinæ personæ. Et idem obseruat Psal. 88. in illud, *Quis in nubibus equabitur Domino?*

mutatio, imo & coniunctio est Hebraismus.

Gen. 24.

Isai. 19.

Genes. 42.

Exod. 20.

Ribera.

Bellarmin.

Confirmatur opinio Caiet.

Resoluitur dīctam significationē non esse literalē, esse tamen mysticam.

S. Hieron.

Orig.

In toto opere creationis sæpè repetitur. Eloim singulariter, & nūquā Eloha, pluraliter.

Burgens.

Lyranus.

Galatinus.

Magist.

Genebrard.

Psalm. 10.

Abben Ezra

Rabbi Iaph.

Gen. 20.

Psal. 88.

Hebrai-

Hebraicè, *Eloim*, hoc est, *Dij fortibus*. Non abhorret ergo Genebrardus ab ista interpretatione, *Eloim*, in numero plurali. Videre est autè quàm absurdè Ambrosius Cathar. reprehendat Caietanum lib. 4. animaduersionum, quòd ex eo loco Trinitatis mysterium non agnouerit. Vide Sixtum Senensem lib. 5. Biblioth. adnotatione 1. vbi partes Caietani tucur.

Est tamen argumētum secundum, cui nullus sanè poterit aduersari, ex verbis Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*. Ad intelligentiamque verborum recolendum est, quod supra diximus, duplicem esse sensum literæ, *ad imaginem*, id est, vt sit imago, vel *ad imaginem*, hoc est, ad exemplar; imago enim pro exemplari ampliori quadam significatione accipitur. Sanctus igitur Aug. de fide ad Petrum cap. 1. probat, plures esse personas in natura eadem diuina, ex his verbis, *ad imaginem nostram*. Cum enim dicit, *ad imaginem*, ostendit vnam naturam esse ad cuius imaginem homo fieret; cum verò dicit, *nostram*, ostendit eundem Deum non vnam sed plures esse personas. Itaque secundum S. August. nomine, *nostram*, quod pertinet non ad vnum, sed ad plures, significantur personæ plures; & vnitatis naturæ significatur in imagine, eò quòd homo imitatur vnam, & eandem naturam Deitatis; siue accipias, *ad imaginem nostram*, id est, vt sit imago nostra, siue *ad imaginem nostram*, id est, ad exemplar nostrum. S. verò Hilarius lib. 3. de Trinitate in sensu posteriori imago accipit pro exemplari, & probat personas esse plures non solùm ex verbis, *Faciamus, & ad imaginem nostram*, quæ pluribus conueniunt; sed ex eo quod dicitur, *ad imaginem, & similitudinem*, quæ scilicet imago, & similitudo est ipsum exemplar creationis, & ipse Deus; vbi autè est similitudo, & imago est distinctio personarum; nullus enim sui ipsius est imago, aut sibi ipsi similis. Sensus autem erit, *Faciamus hominem similem nobis, sicut & in nobis imago est, & similitudo*. Verba S. Hilarij hæc sunt, *Qui dixit, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, inuicem esse sui similes, in eo quod similitudinem nostram, dixit, ostendit*. Eadem est interpretatio Philonis Iudæi lib. 2. allegiarum, dicit

A enim verbum esse Dei imaginem, & ipsum esse exemplar rerum, quæ fiunt; & eo sensu scriptum esse, *Faciamus hominem ad imaginem*, quæ, scilicet, Dei est imago rerum autem exemplar. Sed tamen hic commentarius S. Hilarij, & Philonis perobscurus, & ad ostendendum plures esse personas, non satis planus. Satis enim nobis sunt verba illa, *Faciamus, & ad imaginem nostram*, quæ haud dubiè pluribus conueniunt, non vni; ita vt sit imago vna personarum plurium, quod ipse S. Hilarius lib. 5. non longè à principio perspicaciùs differuit; & S. Augustinus 7. de Trinitate ad finem; & lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 6. Quo testimonio testatur S. Anastasius conuicisse se Iudæum, ita vt nec mutire auderet lib. 6. Exameron.

Iudæi ergo distinctionem personarum haud agnoscentes, vel etiam præ impietate negantes, variè locum explicant. Alij enim aiunt Deum secum loquutum more hominum dicere, *Faciamus*, vt refert S. Iustinus in Triphone. S. verò Hilarius 4. de Trinitate, rectè sanè hoc refutat, & commonstrat non esse solitariū Deum, cum dixit, *Faciamus ad imaginem nostram*, imò per hæc voluisse significare, quod cū Deus prius dixerat *Fiat lux, Fiat firmamentum*, non secum loquebatur Deus solitariè, quod otiosum esset: sed diuinæ personæ collequebatur. *Fiat lux, &c.* quod clariùs in hominis officio fuerat expressum, *Faciamus hominem, &c.* At verò S. Basil. intelligentiam Iudæorum meritò irridet, homil. 9. in Genes. *Quis enim faber, aut ararius, aut lignarius, aut certè coriarius sutor, solus ipse quidem, nec alio quopiam sibi cooperante stipatus, intraq; sua artis instrumenta desidens, quis, inquam, sibi soli admurmurat dicens, Faciamus gladiū, &c.* Et infra. *Sunt enim insignes profectò nugæ vnum aliquem inueniri, qui sibi imperet, &c.* Profectò vanum, & otiosum est, & viri non cordati, si solitariè secum loquatur numero plurali confabulatus, *Faciamus*; neque est vllus scripture locus in quo vir aliquis, aut Angelus sic loquatur, vt ea loquutio, quæ maximè inutilis est, in Deum Optimum à Moyse referatur, quod etiam notat Gregorius Baticus lib. suo de Trinitate, & Tertullianus lib. contra Craneam.

Quarè alij Iudæorum aiunt Deum cū Ange-

Hic commentarius est perobscurus.

Sufficiunt illa verba, *Faciamus, & ad imaginem nostram*.

S. Hilarij.

S. Aug.

S. Anastasius hoc testimonio conuicit Iudæum.

5. Prima Iudæorum explicatio, Deum secum loquutum more hominum dicere, *Faciamus*.

S. Iustinus.

S. Hilarius eam refutat.

S. Basil. irridet.

Loquutio otiosa, maximè inutilis, & submurmurantis non cordati, non est iudicanda in Deum à Moyse referri.

Greg. Baticus Tertull.

6.

Catharinus absurdè Caiet. reprehendit.

Six. Senens.

4. 2. argum. effi-
cax, ex Gen. 1.

Est argumēt.
S. Aug.

Procedit in v-
traq; interpre-
tatione ly, ad
imaginem, su-
pra tradita.

S. Hilarius
sumit imagi-
nem latè pro
exemplari.

Commētatur
locum Gen. 1.
vt sit sensus, *Fa-
ciamus homi-
nem similem
nobis, sicut &
in nobis ima-
go est.*

Philo simili-
tèr.